Biblioteka Jagiellońska

Nr 6019/3

II

6019

borg/3

De Gratia Christi

§31. Notio gratiæ et divisio.

Nomine gratiæ in universum intelligitur: venustas, favor, beneficium, suavitas, usu autem maxime vulgari: donum, cujus conferendi ratio non est in eo, cui confertur. Quam in notionem contulit Paulus dum scribit Rom. 11, 6-2: „Si autem gratia, jam non ex operibus, alioquin gratia non est gratia". et Augustinus. tract. in Psal. 43: „Gratia merito vocatur Deo, quia gratis datur: hoc sm: gratiæ vocabulum etiam in commercio humano adhibetur: nobis tamen sermo est de dono divino. Gratia gō divina est donum a Deo collatum, cujus conferendi ratio sita est in sola benignitate Divina, si gratia tamen transiens cogitabur; si vō qua manens est, dicitur est infinitus Dei amor, quo dō naturas creatas diligit, et iis beneficiis omnis generis indebito largiri paratus est. Gratia posterior, quia ab æterna Dei voluntate ac essentia non distinguitur, increata et æterna appellatur. prior vō quia a liberrima voluntate procedit, et in tempore confertur, creata et temporalis vocatur. Creata gratia ē vf. naturalis v. supernaturalis. Gratia naturalis sunt beneficia omnia, quæ rebus creatis qua talibus, gratis dōm, ast ēē. indigentiam naturæ harum rerum creatarum divinitus conceduntur, uti sunt: hominis creatio, liberum arbitrium, existentia mundi, e cujus consideratione homo ad cognitionem Dei pervenire potest. Gratia supernaturalis dividitur in: gratiam conditionis et gratiam salvatoris s. Redemptionis. Gratia supernaturalis in genere sunt illa dona, quæ nobis a Deo non līm sine nostro merito, verum etiam præter naturæ nostræ exigentiam ac debitum superadduntur, atq ad finem nostrum supernaturalem promovendum ordinantur. Gratia naturalis ad omnes naturas creatas extenditur, quum nil habeant, quod benignitati divinæ in accipiendis non referant, supernaturalis vō ad naturas līm intelligentes pertinet. —

BIBLIOTHECA UNIV.
JAGELLONICAE

De Gratia supernaturali.

Gratia supernaturalis dicenitur in: gratiam Conditoris et gratiam Salvatoris, seu sanctitatis et medicinæ. Gratia conditoris ē illa, quam dō ex mera liberalitate homini nondum lapso, adeoq, multo peccati vulnere afflicto concessit; ubi sunt immortalitas corporis, justicia et sanctitas originalis. Gratia Redemptoris ē illa, qm dō non tam ex sua liberalitate, sed ex misericordia sua infinita hominibus peccatis afflictis indulta meritor Sti distribuit, ubi: redemptio per Xtum facta. Nobis hic loci sermo ē de gratia medicinali. –

Gratia haec ē v. gratis data v. gratum faciens. Gratia gratis data ē illa, quae per se ac proxime in proximum, sed in aliorum comodum et Spiritualem utilitatem concedit. donum miraculorum, prophetiæ etc. Gratia gratum faciens ē illa, quae ad propriam unius cujusq spiritualem salutem potissimum datur. Haec gratia gratum faciens ē v. externa v. interna. Externa ē si per sensus homini illabitur e.g. evangelii prædicatione, patratione miraculorum, infortuniis etc; interna, si animam hominis immediate tangit, eam excitando, adjuvando, illustrando. Gratia interna ē v. habitualis v. actualis. Habitualis seu justificans seu sanctificans est illa gratia, qua in cordibus nostris per Spiritum Sctm diffusa, ex peccatoribus justi sumus: habitus infusi fidei, spei, charitatis, ejusque ē charitatis. –

Actualis ē ea, qua Spiritus s. mentem illustrando et voluntatem movendo, nos ad ea, quae ad salutem nostram pertinent excitat, et in iis perficiendis adjuvat, ita ut illa revera incipiamus et perficiamus, vel saltem perficere possimus. – Gratia actualis ē v. coillustrans v. movens prior ad intellectum, posterior ad voluntatem refertur; gratia actualis est porro v. incipiens v. perficiens; prior, quia ad bonum salutare excitat; perficiens in illo peragendo adjuvat; incipiens vocatur etiam operans, quoniam sola sine nobis libere concurrentibus operatur, perficiens autem vocatur etiam cooperans, quia simul cum humana libera voluntate ad bonum faciendum operatur; incipiens vocatur etiam praeveniens; perficiens etiam concomitans v. subsequens et

quidem ad consensum voluntatis nostræ, quem præcedit, aut concomitatur seu subsequitur. Gratia actualis ē duplex, v. efficax v. sufficiens. efficax, quæ dat et velle et perficere; sufficiens, quæ nonnisi perfectam „posse" bonum perficere largitur. „ Gratia gō ē donum Dei gratuitum supernaturale ob meritum Xti ad salutem nostram spiritualem nobis concessum, animum inhærentem efficiens, quo ex injustis justi efficimur, aut ad bona opera excitamur et in iis adjuvamur."—

De indole gratiæ justificantis

Protestantes docent justitiam, qua justificamur non ē nobis inhærentem, sed justitiam Xti nobis inhærentem imputatam et per fidem a nobis apprehensam i.e. hominem per justificationem justum fieri, non quatenus revera justus sit, sed quatenus a Deo pro justo declaretur, et ipse se justum seu pro justo declaratum ē credat.—
Judicia omnia sec. eōr systema, quæ exterior nonnisi concipi potest. Nam si peccatum originale constituit partem essentialem ipsius naturæ, sed corruptæ, n in se spectata, et si propterea peccata actualia n. sunt, nisi necessaria manifestatio peccati originalis; evidens ē, neque illud, neq; ista posse tolli per justificationem; quare docuere, peccata per gratiam justificantem n. vere tolli ac deleri, sed solum modo tegi, aut non imputari.—

Cum justificatio justa eōr systema sit declaratio s. e parte Dei sententia, nobis propter Xtum, peccata ē remissa et per fidem s. e parte nostri hujus declarationis apprehensio, hinc necessario sequi debet justificiam hanc ē talem, de qua homo certus ē debet certitudine fidei i.e. infallibili, eam in omnibus hominibus ē æqualem, neq augmentum neq decrementum admittere, et nullo, nisi infidelitate peccato amitti posse.—
Calvinus adhuc ulterius progressus ē, justitiam semel obtentam plane amitti non posse, statuens, cum illa ad salutem acceptationem e parte Dei, qui sine conditione, concessa non revocet, consistat, hinc homo non tm de illa, sed etiam de sua præ destinatione certus ē debet.—

Secundam doctrinam Ecclesiae catholicae gratia justificans non est so-
la remissio peccatorum, sed sanctificatio et renovatio interioris homi-
nis per voluntariam susceptionem gratiae et donorum, unde homo
ex injusto fit justus, ex inimico amicus, ex filio irae, filius dilectionis,
ex macipio Satanae servus Dei, ut sit haeres sec. spem vitae aeternae. —
s. Conc. Trid. ses. 4. cap 7. —
Justificatio est actio divina, qua gratia ob meritum Xti per spiritum s.
gratia sanctificans in cordibus nostris diffunditur. —

Gratia justificans est a). donum Dei animae intrinsecus in-
haerens et b). stabiliter manens. —

a). Gratia justificans consistit in interna regeneratione ac renovatione,
qua nobis non tm peccata remittuntur, sed et nos vere sanctificamur,
ita ut non solum reputemur, sed etiam simus vere justi ac sancti
Deo probati: „Hanc dispositionem seu praeparationem justifica-
„tio ipsa sequitur, quae non est sola peccatorum remissio, sed et sanc-
„tificatio et renovatio interioris hominis, per voluntariam suscepti-
„onem gratiae et donorum, unde homo ex injusto fit justus ex inimi-
„co amicus, ut sit haeres sec. spem vitae aeternae". Concilium deinde
alias definitiones dedit, de quibus postea, et pergit: „Demum unica eau-
„sa formalis est justitia Dei, non qua ipse justus est sed qua nos justos
„facit, qua videlicet ab eo donati, renovamur spiritu mentis nostrae, et non
„modo reputamur, sed vere justi nominamur et sumus, justitiam suam
„in nobis recipientes unusquisque suam secundum mensuram, quam Spi-
„ritus s. partitur singulis sicut vult et sec. propriam cujusvis dispositi-
„onem et cooperationem. Quamquam enim nemo possit esse justus
„nisi cujus merita passionis Domini nostri Jesu Xti communican-
„tur, id tamen in hac impia justificatione non fit, dum ejusdem sa-
„ctissimo sanctissimo passionis merito per Spiritum s. charitas
„seu gratia sanctificans diffunditur, in cordibus eorum, qui justi-
„ficantur, atq ipsis inhaeret, unde in ipsa justificatione cum remis-

„ cum remissione peccator, haec omnia simul infusa accipit ho per Jesum
„ Xtum, cui inserit fidem, spem et charitatem."

Ex his Con. Tridentini verbis patent sequentia:

1. Gratiam justificandem ee illud donum intrinsecum et inhaerens, quod efficit remissionem peccator et animo internam renovationem, qua per„ Dimur amici Dei, divino naturae consortes, spemq nanciscamur felicita„ tis aeternae.
2. Indolem hujus gratiae justificantis repeonit concilium in charitate, quae per Spiritum s. in cordibus nostris Diffunditur.
3. Sub justificatione intelligit actionem Dei, qua homo ex injusto per re„ pationem internam fit justus, peccata ei remittuntur, spemq felicita„ tis aeternae nanciscitur. –
4. Actionem justificationis cum sanctificatione habet identicam, adeoq va„ cabula: gratia justificans et sanctificans et charitas sunt ei: Ecclesiae fiden„ tiae et synonyma.

Sera Scriptura. S. Paulus Romanos 8, 9-10: „ Vos autem in carne non estis
„ sed in Spiritu, si tamen Dei Spiritus habitat in vobis. Si quis autem Spiri„
„ tum Xti non habet, hic non e ejus. Si autem Xtus in vobis est, corpus
„ quidem mortuum e propter peccatum, spiritus vo vivit propter justi„
„ ficationem." Docet Apostolus per justificiam nobis Divinitus commu„ nicatam, Xtum nobis inesse, et Spiritum s. nobis inhabitare, spiritum nostrum vivere et nos vere spirituales, quod de justitia mere forensi (externa„ tis imputata dictum non potest. I. Joan. 4, 16: „ Qui manet in charitate,
„ in deo manet et Deus in eo e." quibus verbis illam ee donum inhaerens probatur.

Dei Dum benignitati illud donum Deberi ex dogmate primario de gratia constat: si etenim singuli actus nostri ad Dei gratiam internam superna„ turalem sunt referendi, quanto magis ille status totum emendationis et perfectionis opus continens, ex hocce dono inhaerente oriundus ad Dm auctorem erit referendus, quod Apostol. etiam expresse dicit ad Dum: „ 5, 6: „ Caritas Dei diffusa e in cordibus nostris per Spiritum s. qui da„
„ tus e nobis." ad Titum 3, 3-8. scribit: „ Eramus enim aliquando et nos

/.

"et nos insipientes, increduli, errantes, servientes desideriis et voluptatibus
" variis, in malitia et invidia agentes, odibiles, odientes invicem. Cum au-
" tem apparuit benignitas et humanitas Salvatoris nostri Dei, non ex
" operibus justitiae, quae fecimus nos, sed secundum misericordiam suam
" salvos nos fecit per lavacrum regenerationis et renovationis Spiri-
" tus s. quem in nos abunde effudit per Jesum Xtum Salvatorem no-
" strum, ut justificati gratia ejus haeredes simus secundum spem vi-
" tae aeternae." Quo in loco insunt sequentia:

1. Loquitur Apostolus de peccatis gravibus, quibus homines immersi e-
rant, antequam Xtus in terram venerat.
2. Salvos eos factos per Xtum medio lavacri i.e. baptismi, hunc baptismum
autem vocat lavacrum regenerationis et renovationis i.e. quo nova cre-
atura facti sunt, quo pristinus eor. status, totus quantus e immutatus
et quidem propter vim oppositionis e statu peccati status factus sancti-
moniae.
3. Plane mutationem internam adscribit Spiritui s. ejusq. diffusioni in cor-
dibus regeneratorum, non eo operibus hominum quasi per illos hanc im-
mutationem fuissent promeriti.
4. Flos jam per Spiritum s. interne regeneratos et renovatos vocat justifi-
catos (δικαιωθέντες), dubium eo non est, quin sub justificatione intelligat
Apostolus, ipsa regenerationem et renovationem internam, simulq. sanctifi-
cationem, quia de effusione Spiritus s. loquitur, qui auctor est omnis
sanctitatis et gratiae. Haec jam dum dicat, facile patet, illum nequa-
quam de tegendis illis peccatis et externe non imputandis sermonem
facere, sed revera remittendis (coll. baptizetur unusquisq. vestrum in re-
missionem peccatorum:), si enim id intendisset, nequaquam de immu-
tatione et de regeneratione loqui potuisset. Confirmatur haec nostra
illatio ex analogia doctrinae biblicae, quae docet, s. Litteras, cum de remis-
sione peccatorum loquuntur, de stricte dicenda remissione, et eorum,
" quae cum peccatis junguntur delelione, loqui, e.g. I Joan. 1, 7.: " Jan.
" guis Xti nos emundat ab omni peccato." Hebr. 9, 3.: " Quanto magis
" sanguis Xti emundabit conscientiam nostram ab operibus mortuis."

Petrus, Paulus, Antonius, Franciscus. eis revelabit, sanctificatio e. moralis cordis indis justificatum
e consciência boa. —

Non lavarentur neq emundentur homines a peccatis, si illm legerentur et porro non imputarentur modo forensi:

5. Denig apostolus huic justificationi adscribit expresse spem felicitatis aeternae. Idm dicit Paulus verbis 1. Cor. 6, 10-11: „Neq molles, neq masculorum concubitores, neq fures, neq avari, neq ebriosi, neq maledici, neq rapaces regnum Dei possidebunt. Et haec quidem fuistis, sed ablutie estis, sed sanctificati estis, sed justificati estis, in nomine domini nostri Jesu Xti et in Spiritu Dei nostri." Loquitur Apostolus pariter de translatione, de statu vitiositatis ope baptismi per merita Jesu Xti in veritate Spiritus S. hos autem sic translatos vocat sanctificatos et justificatos. —

Veram ee nostram justificationis notionem clarius patebit, si quibus argumentis Protestantes suam forensem defendunt, perspenderimus. Dicunt scil. verbum δικαιόω certe significare absolvere externe, ita ut de interna mutatione nullus sit sermo e.g. Paulus Rom. 8, 33: „Deus, qui justificat: τίς ὁ κατακρινῶν; quis e, qui condemnat?" quo in loco cum justificari tum condemnari opponatur, significat certe absolvere, innocentem declarare. Pariter 5, 9: Mul „lo magis jo justificati in sanguine ipsius salvi erimus ab ira per ipsum" ubi pariter non aliud significat, quam liberari a poena. Ad haec autem respondemus: Protestantes hoc asserentes capitalem errorem committunt, quod in vocabuli praedicti una significatione subsistant, illamq urgeant, neglecta significatione altera, quae aeq certa e, sc: non negamus verbum illud significatu absolvendi venire; cumq significatum eo minus negamus, quia certum e nobis, in justificationis notione absolutionem a peccatis non excludi. Negamus autem, hunc solum ee hujusmodi significatum, sed illud simul, sanctum, probum reddere, significare. Id duo loca adducta clare probant, quibus addimus apoc 22, 11. „Qui justus e, justificetur adhuc, et qui sanctus e, sanctificetur adhuc". — Quo in loco cum Apostolus de augmento justificationis loquatur, justificare non potest significare: absolvere, quia absolutio qua actio simplex nullum gradum admittit. Hic usus loquendi autem insuper illustrari potest per cognatum substantivum δικαιοσύνη et adjectivum δίκαιος, quae pariter non justitiam solum forensem, sed internam sancti-

2. tu dissimulat = dilexit poenam, facit beneficia, ut ad ipsum adducat.
3. In Paulo, de concupiscentia e sermo, quia ex peccato e, et ad peccatum ducit, habitat, nam e cum ea unitus.

2). Imputatio = de non damnatione, de gratia et justificanti hoc loco fermo.
1) Ad peccatu legit = peccatorem justificat cum hac justitia et imperfecta, nam et concupiscentia in nobis. —

sanctitatem quod et probabilitatem significant, e.g. Matth. 6: „Beati qui esuriunt et sitiunt justitiam" v. 20. „Nisi abundaverit justitia vestra plus, quam Pharisæorum" v. 36. „Quærite ergo primum regnum Dei et justitiam ejus." Luc 1.6. „Erant autem ambo justi apud Deum." Quibus in locis certe internam mentis probitatem designant. Nemo ergo pudendum rati, eam verbum eodem significatu venire. Quapropter et recentiores Protestantes modesti illud fatentur, dum e.g. Schott loc. ad Titum vertit: „ut probi redditi ejus beneficio." Neq proficiunt, si in præsidium rationis suæ Protestantes dicant: actum justificationis ab actu sanctificationis in ipsis ss. literis aperte distingui e.g. 1. Cor. VII. 23 Es autem vestrum Dei beneficio, valde constans, quo ambo hæc vocabula sicut et substantiva justitia et sanctitas conjunguntur, ad omnigenam probitatem in Ephesum e.g. Luc 2. „In sanctitate et justitia coram ipso." Ephes. 4, 24. „Induite novum hominem, qui secundum Deum creatus est in justitia et sanctitate veritatis." Sic ergo significare justificare et sanctificare unum eundemq actum indicant, quo fit renovatio mentis interior, seu translatio e statu peccati in statum sanctificantis gratiæ.

II In s. Scripturis δικαιοῦν „justum declarare" significat, ubicunque in locis illum, ubi de judiciibus hominibus adhibetur, quos eo ipso, ea, ipsum justum reddere, sed nonnisi justum pronuntiare. De Deo etiam adhibetur, quando ille immerito pro injusto habitum, justificare i.e. innocentiam ejus manifestat dicitur.

III Aliud argumentum sedimus ex epist. ad Romanos, 5, 19: „Sicut per inobedientiam unius hominis peccatores constituti sunt multi, ita per unius obedientiam justi constituentur multi." Quibus ex verbis sic argumentamur: Paulus dicit, eandem esse rationem miseriæ ab Adamo in omnes transeuntis, ac e beneficio a Christo in nos dimanantium. Probavimus, peccatum originale propter Adam eo omnibus inhærentem internam maculam, et non illum nos peccatores reputari externe, sed propter Adam revera eo ipso eos etiam Deum justi per illum constituimur, non externe illum justi declaramur, sed interne nobis communicando, meritis ejus, ut justi non illum nominemur, sed simus, secus enim non posset eo peccatis inter Adam et Christum. Cui argumento

Cui argumento ex re ipsa petito addimus et hanc observationem: Vix digne de Deo judicare, qui putant, eum aliquem posse justum externe declarare, quin reapse sit, et pergat ee peccator. —

In hanc catholicam fidem tota consentit traditio: Sic eg. s. Augustinus in libro de littera et spiritu cap. 32: „Charitas quippe ait, Dei diffunditur in cordibus nostris, non qua nos ipsos diligit, sed qua nos facit dilectores suos sicut justicia Dei, qua justi manere effi-cimur, et salus dmni nostri, qua nos salvos fecit et fides Jesu Christi, qua nos fideles facit." Alior Patrum testimonia non addimus, quia adversarii Protestantes non negant, Patres catholice seu de justificatione loqui, quod confitetur Chemnitius, dum in examine concil. Trident. de justificatione dicit: „Patribus licet plerumque verum justificare accipiant pro renovatione, qua efficimur in nobis per spiritum s. opera justitiae, non movemur illorum." Sic go jure actum justificationis cum sanctificatione habemus identicum, et rejicimus merito forensem illum Protestantium justificationem". —

b. Gratia justificans e aliquid fixum et stabiliter in nobis manens i. e. per modum habitus nobis inhaeret, q. e. qualitas animae impressa. Joan. 4, 14: „Aqua, quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquae salientis in vitam aeternam." Sono e gratia sanctificans, per fontem autem intelligitur aliquid permanens et fixum; hinc et gratia illa modo permanenti nobis inee debet, unde fluant rivi bonor operum salientes in vitam eternam. Gratia haec comparatur in s. Scriptura cum semine, sigillo, unctione, pignore. Dogma go definitum e, gratiam per modum habitus nobis inhaerere. De hoc habitu conc. Trid. expresse quidem non dicit, quid sit, at ex verbis ejus patet. Non e habitus acquisitus, sed infusus, seu nuda et quiescens haec qualitas. —

Homo fit consors divinae naturae n hypostatice: ut in filio: n externo; n essentialiter: ut in Deo: sed vere et interne, np. hor per gratiam aptus fit ad salutariter operandum, ad Deum diligendum, ad ejus praecepta observanda pro hac vita, pro altera autem vita aptus fit ad Dm intuitive videndum, et considerandum. —

Sancti Concil. Vienn. Infantibus in Baptismo n̄ dim peccatum remitti, sed gratiam aliqm̄ infundi, quae ē habitualis secund. S. Thomam. –

Sumus adoptivi filii Dei vere et interne, qua membra Xto uniti vivimus, haeredes vitae aeternae, quatenus per hanc ēe gratiam capaces facti sumus gloriae, quae nobis tribuit, parvulis instar promissi, adultis instar premii eterni. ſ: beatitudinis ſ. –

Gratia justificans n̄ ē a charitate re distincta

perfecta, animata, de qua Esia 38 loquitur, n̄ a fide spe, et charitate, quae sunt in homine

Hac in re quatuor sunt sententiae: Primo D. Thomae, qui inter gratiam sanctificantem et charitatem discrimen ēe docuit, gratia in anima ipsa rationali, caritas in ipsa voluntate residet. Altera sententia statuit, non adēe discrimen reale inter gratiam sanctificantem et charitatem, sed formale. Tertia: habitus gratiae quatenus ad subjectum refertur, ad hominem, qui hac gratia exornatus ē, quatenus hominem justum, sanctum facit, gratia vocatur, quatenus vo ad objectum refertur, ad voluntatem, ad opus, quo dm diligimus, charitas vocatur. Quarta sententia statuit, nullum ēe discrimen inter gratiam sanctificantem et charitatem, ēe tamen diversa natura, unam eandemq rem significantia. Ex his sententia tertia probabilior ē, sed discrimen hoc potius, ab effectu, quem gratia producit. Indolem gō gratiae sanctificantis refert Esia in charitate, et id quidem merito propterea, quia effectus ēs, quos Esia huic gratiae adscribit, in s. revelationis documentis charitati adscribuntur, quod probaturi sumus per partes: nempe:

1. Gratiae justificanti adscribimus remissionem peccatorum, eadem adscribit charitati, I Petri, 4, 8: „charitas operit multitudinem peccatorum."
2. Adscribimus ei translationem e statu mortis spiritualis ad vitam seu regenerationem et renovationem mentis internam: idem effectus tribuit charitati. I. Joan. 3, 14: „Scimus, quoniam translati sumus de morte ad vitam, quoniam diligimus fratres: qui n̄ diligit, manet in morte." Notandum, aplm loqui de translatione e statu mortis ad statum vitae, adeoq immutationem a nostra causalitate pendentem.
3. Reddit hominem amicum Dei; idem praestat charitas I. Joan 4, 16: „Deus charitas ē, et qui manet in charitate, manet in Deo et Deus in eo."

Protestantes dicebant Xtō, nam cum habuerit minorem, imbecillorem Satanae, qui peccatum quasi naturae partem essentialem constituit.

Apost. „Quicunque in Xto baptizati estis, Xtum induistis".

in eo" i.e. per charitatem. Deo unimur et Dō nobis jungit.

4. Dedit hominem filium Dei adoptivum, idem efficit charitas; 1. Joan. „ 4, 7.: „Omnis, qui diligit ex Dō ē natus." 3, 1.: „Videte, qualem charitatem dedit nobis Pater, ut filii Dei nominemur et simus." –

5. Dat nobis spem felicitatis aeternae, idem charitas. Jacob 1, 12.: „Beatus vir, qui suffert tentationem, quoniam comprobatus fuerit accipiet coronam vitae, quam repromisit Dō diligentibus se." – Sic gō omnes effectus, quos conc. Trident. gratiae sanctificanti adscribit, in s. libris adscribunt charitati; recte gō haec duo vocabula habet ecclesia synonyma et indolem gratiae hujus ~~imp~~ reponit in charitate. Idem fecit s. Augustinus in libr. de nāa et grā dicens: „Charitas inchoata „ inchoata justitia est, charitas provecta, provecta justitia ē, charitas perfecta, perfecta justitia ē." 5) Deus ē unum virtutum utrag. – 7) unum bonum summum utrag. ē. charitas summum bonum. 8) amabiles Dō hōs facit et filios Dei utrag. –

Charitas a Spiritu s. diversa

Gratia justificans seu charitas ē effectus a Spiritu s. productus, unde illa improprie, nequaquam autem proprie spiritus s. appellatur. Nam spiritum s. nobis inēe, aut in nobis diffundi, alio modo non convenit, nisi ratione donōr ipsius; secus enim spiritus s. a nobis non posset ēe distinctus, sed unus idemq ēet nobiscum, quod Pantheismo sapit. Rom 5, 5. „Charitas Dei diffusa ē in cordibus nostris per spiritum sanctum, „qui datus ē nobis." Augustinus de trinitate l. 15. c 18. „Dilectio, quae ex „Deo est, et Deus ē, proprie spiritus s. ē, per quem diffundit „ in cordibus nostris charitas Dei, per quam nos tota inhabitat Trinitas."

Gratia justificans in diversis diversa est.

Concil. Trid. sess. 6, cap 7.: „Qua videlicet ab eo donati..... cooperationem." Matt. 11, 11.: „Amen dico vobis, non surrexit major inter natos mulierum „ Joanne Baptista." Apoc. 22, 11.: „Qui justus est, justificetur adhuc, „ et qui sanctus, sanctificetur adhuc." Haec loca docuerunt, justificiam in diversis hominibus, et in eodem homine diverso tempore ēe diversam. 3) Sunt nobis de finala diversa praemia, haec ex meritis Dōs et 2 cum 5, et 3 cum 1 talente. haec fluunt ex diversa mensura gratiae sanctificandi.

Hoc è definitum contra Calvinum et contra Prot. §2.

Gratia justificans amitti et minui, sed et augeri potest.

Defendimus denig, donum justificationis seu gratiam justificantem, amitti et minui, sed et augeri posse. Prius quidem fieri per peccata: conc. Trident. sess 6. c. 23 et 28: / alterum per bona opera: c. 24 / Directa è haec doctrina contra Lutherum, ejusq, socios, qui asseruerunt, nullum é peccatum mortale, nisi illud infidelitatis adeoq, per nullum, nisi per hoc justificationem amitti, et contra Calvinianos, qui in electis gratiam et habitum, ut loquuntur, etsi n negent, amitti posse quoad exercitium i. e. labi in peccata posse electos, ita tmn, ut ipsis peccata non imputent, ut amenti et dormienti, adeoq, salvi fierent, si in eo statu morerentur. Contra hos dogma nostrum, esse probamus:

A. / quoad amissionem. /

Ex diversis s. litterarum testimoniis. Ezech, 18, 24-26: „Si autem justus se averterit a justicia sua et fecerit iniquitatem, omnes justicias ejus, quas fecerat, n recordabuntur, et in peccato suo morietur." 1. Cor. 9, 27: „Sed castigo corpus meum, et in servitutem redigo, ne forte, cum aliis praedicaverim, ipse reprobus efficiar." Quod si Paulus continuo sibi laborandum existimabat, ne amissa gratia in statum reprobum delraderetur, quis unquam dicat, gradum hanc peccando perdi n posse. 2. Pariter Apoc, 2, 4: „Habeo adversus te, quod charitatem tuam primam reliquisti." Angeli, Protoparentes.

2. Patet pariter ex re ipsa dogma hoc; est enim gratia sanctificans cum charitate identica, donum inhaerens cum, charitas autem cum peccato n. consistit. Quam certum autem insuper est, justificationem fieri per solam fidem, tam certum quoq, est, dari et alia peccata mortalia illa quae pariter hominem privare rectitudine et justicia; n enim è consociatio regni lucis è regno tenebrarum. Ea propter et

3. Copiosa invenimus in s. Litteris exempla amissae hujus justiciae, et quidem in peccantibus angelis, Adamo, Davide, Salomone et aliis.

4. Huc pertinent hortationes, comminationes et promissiones,

è fermo de lè „justificati qui commisit mortale peccatum, et sua amisit.

et promissiones, quibus Dō agit, ut in accepta justitia perseveremus, quæ quidem frustranea forent, nisi fideles et justi possent a fide et sanctitate deficere. —

5. Eē am hanc doctrinam definitam dogma patet ex cap. 27. sess. 6. conc. Trid. „Si quis dixerit, nullum ēē mortale peccatum nisi infidelitatis, aut nullum aliud, quamvis gravi et enormi præterquam infidelitatis peccatum semel acceptam gratiam amitti, anathema sit." Ex quo simul adparet, concilium loqui de mortali peccato, si de amissione gratiæ justificantis sermonem instituit.

B. Quod am attinet imminutionem ejusdem, dicimus, fieri illam per quodvis peccatum veniale quoad id, ex re ipsa patet, cum quodlibet peccatum veniale minimum a bono incommutabili magis magisq; avertat hominem, ad sensualitatis studia avertat, et sanctimoniam decrescere faciat.

C Posse am gratiam augeri, patet ex Apoc. 22, 11. coll. et Philipp. 1, 9. „Qui, ut charitas vestra magis magisq; abundet, in scientia et in omni sensu." Loquit. Paulus de augmento charitatis, quocum gratia sanctificante identica ē. Reliqua patebunt ex doctrina de bonis operibus. —

Non potest homo sine speciali revelatione de sua justificatione ēē absolute certus.

Doctrina catholica continet in conc. Trid. sess. 6. cap. 9. quod inscribit: „Contra vanam hæreticorum fiduciam". „Sicut nemo pius de Dei misericordia, de Xti merito, et de sacramentorum virtute et efficatia dubitare debet, sic quilibet, dum seipsum, suamq; propriam infirmitatem et indispositionem respicit, de sua gratia formidare, et timere pōt, cum nullus scire possit certitudine fidei, cui non pōt subesse falsum, se gratiam Dei ēē consequutum". Quibus ex verbis apparet, concilium in ea ēē sententia, neminem fide divina certum ēē de sua justificatione. Directa am ē hæc doctrina contra Lutherum et asseclas, qui quemlibet certum ēē debere de sua justificatione, et quidem certitudine fidei, qua de aliis veritatibus revelatis hōt, defendunt. Nostram am doctrinam veram ēē probamus:

I Ex ss. literis, sic em legimus in Prov. 20, 9. „Quis pōt dicere: mundum ēōr meum, purus sum a peccato." Eccl. 5, 5. „De propitiato peccato noli ēē sine metu." Et clarissime Paul. I. Cor. 4, 14. „Nihil em mihi conscius sum, sed non in hoc /: ideo :/ justificatus am, qui em judicat me Dns ē." Quo dicit jam Paulus ille egregius Apōlus et miles Xti in optima sui conscientia, anxius de salute hōs-

tabat, aliumq; i.e. severiorem judicem fore dm, qm ẽ hõ affirmabat, quis mortali„
um fecurus sit, fideq; dõna sciat, se eẽ justificatum?" Quapropter et ad Philip.
2,12. præcipit, ut cum metu et tremore salutem nostram operemur i.e. vper solicitari
anxietate perculsi enitamur, ut viribus operemur ipsi ad ea opera ponen„
da, quae nos disponunt et properant ad justificationem recipiendam. –
2: Hoc dogma ãm ex traditã de justificatione ejusq; conditionibus doctrina ultro
resultat. Non ẽm nobis justificatio peccatorũ promissionibus dni domo et fi„
de qua merita Xti apprehendamus, credamusq; peccata nobis ob Xtum remit„
ti, sed simul conditionibus ex parte nostra præstandis, de quibus cum cia, quo
poteramus, præsciverimus, nunqm nisi dõ specialiter nos edoceat, certi eẽ
possumus, cum tta sit naũe hũa imbecillitas, et propriũ amoris fallaciis
tantopere abstrahamur, quominus interiora nostra accurate noscamus et pon„
deremus.
3. Eẽ ãm definitum Esiæ cath. dogma, patet ex cap. 13, 14, 15. conc: Trid. Sess. 6.
quibus supra citata ota capit. q. fundamento st. Sic gõ probatũ dogma nostrum
neminem sine speciali dei revelatione fide dõna de sua justificatione eẽ certum.
Interim hũm unumquemq; qui postqm peccavit, nil omisit eor, quorcung ex
præcepto evangelii ad abolenda peccata, gratiamq; cum deo puriũs ineun„
dam, necessaria st, quippe nullius criminis, de quo veriam pœnitentiam
n egisse videat, sibi conscius eit, prudenter confidere pt, eẽ se amicum dei
taliq; modo pace in bona conscientia et humilitate frui diente Apto. Rom. 5.
1. „Justificati gõ ex fide, pacem habeamus ad dm, per dnum nostrum Jesum Xt."
v. 5. Spes võ n confundit." Voluit ãm optimus Pater salutari metu fiduciam
nostram temperare, ne quid committamus dõnis admonitionibus adversum. Nil
ẽm apud nos mortales citius superbiam nutrire pt, ac talis ac tta securitas, qua
in possessione fidei, putaret, se cia prostitisse, ut justificationem pter fidem
posse a deo quasi postulare. Ex quo simul usus practicus hujus dogmatis faci„
le patet. Simus ipsi solliciti et circumspecti, seduloq; enitamur in humilitate cor„
dis, alta de nobis n sapere, oculisq; ingeramus illum dictum, quo dicamus: „Si cia
fecimus, servi inutiles sumus!" –

De indole gratiæ actualis.

Spiritus s. nobis gratiam sanctificantem nobis infundit, sed et gratiam actualem nos ex„
citans et adjuvans, ut ad illam adipiscendam disponamus, et in illa persevere„
mus et crescamus. Quinetiam licet utraq; a se invicem differat, minime tñ video
gratia actualis prorsus aliquid aliud a gratia habituali ẽ; sed potius, qd jam
nomine indicatur, se ad illam, ut actus ad habitum, ex illo ortum, et illum
rursus progignentem hbt; et cum gratia habitualis nos habiles aut paratos

ac̃ paratos ad salutariter operandum et credendum reddit, qã actualis, ut pe-
veree credamus, et opera bona faciamus, efficit.
Dat, qã actualis intellectum illustrans et voluntatem movens, ois etenim nostra
sufficientia ad fidem ex Deo est.

Datur gratia efficax.

Definitum e, dari qam efficacem, et qam, cui vere et proprie resistit. Utrum am effi-
cacia h. in ipsa grac̃ indole i.e. in majori ejus vi sita sit, v.g. vo ideo, qa efficax appellat,
quia cum effectu conjuncta e, n e definitum. Calvinus, Lutherus et Jansenius assumebant
1° qam, qm efficacem appellabant, cogere modo invincibili et insuperabili eo, qd habeat
spem proviam et inliberatam, ac relative superiorem delectationem, qua ho pul-
sus, necessario agat. Grã efficax e ea, quo modo infallibili, n am invincibili ac in-
" superabili cum effectu e conjuncta. Exech 36, 26-27: " Et dabo vobis cor novum et spi-
" ritum novum ponam in medio vestri, et auferam cor lapideum de carne vestra, et dabo
" vobis cor carneum. Et spiritum meum ponam in medio vestri, et faciam, ut in præce-
" ptis meis ambuletis, et judicia mea custodiamini et operemini." Non qo Drm Ds in
hnem agit, ut hic voluntatem dnam cognoscere possit, sed etm, ut illam revera cognoscat.
et exequat, in præceptis dnis ambulet, et pœnitentiam agat. Alia loca s. Scripturæ:
Dm cor hnis inclinare, Psal. subministrare spiritum pœnitentiæ. Act 11. 18. dare et in-
scribere in cordibus leges, Jerem. 31, 33. cor aperire, et alia similia loca. —
" 2° Consentit traditio. s. Basilius in epla ad Gregorium: Quodcunq ad nos ex dna
" potestate venerit, eiã in nobis efficientiis qãe opus e, dicimus." s. Aug.: Certum
" e nos velle, cum volumus, sed ille facit, ut velimus bonum, certum e nos facere, cum faci-
" mus, sed ille facit, ut faciamus, præbendo vires efficacissimas voluntati."
3° Quod etm ex pei nãa patet, tenuem et erroneum de Do fenerent concepdum, qui sume-
rent, suppeditare qm Eum salutis medium, qo hm efficiendo saluti n eet idoneum. —
4° Eiãe suis patet ex precibus, quo ad Dm diriguntur, n ut qãe dona tribuat, sed ut
faciat nos amare, quod precipit, ut nostras etm rebelles compellat voluntates. Nihilomi-
a). nus hm qã efficax n tollit libertatem, etenim hnes; a): dicuntur in operibus pieta-
" tis operarii, planta laboresq cooperatores Dei. I. Cor. 3, 6: " Ego plantavi, Apollo rigavit,
" Ds am incrementum dedit. Itaq neq qui plantat e aliquid, neq qui rigat, sed qui
" incrementum dat, Ds." v. 8. Unusquisq am propriam mercedem accipiat secundum
" laborem suum." Si am labor dicit nostr, certe nos ipsos domini sumus actionis.
" b). Ipsa conversio ad Dm nobis suadet. Zach. 1. 3. " Convertimini ad me, ait Dnus exercitu-
" um, et ego convertar ad vos, dicit Dnus exercitum." Ds nos in bonis operibus perficien-
" tis adjuvat. Rom. 8, 26. " Similiter am et Spiritus s. adjuvat infirmitatem nostram."
" d). a Deo ho vocatus, pt etm n venire. Eccl. 31, 8. " beatus dives, qui potuit transgredi,
" et non e transgressus."
1° Prophetæ; Joannes Bapt. Xtus et Apli ad resipiscentiam sæpenumero exhor-
tantur, quod facere n possent, si per gãe communicationem libero arbitrio mi

fuisset relictum.

2. Xtus apud Matth 23, 37. dicit: „Jerusalem, Jerusalem, quoties volui congregare filios tuos, sicut gallina congregat pullos sub alis et noluisti." Dedit sc. Xtus ois Judæis ad resipiscentiam necessaria, quæ hm acceptare noluerunt, qd illis exprobrat Xtus, adeoq et velle potuissent, quod supponit, per qam n fuisse exstinctum liberum arbitrium. Simili modo jam in Esia legimus: „Si volueris mandata servare, conservabunt te, apposuit tibi aquam et ignem, in qd volueris porrigere manum tuam; ante hnem vita et mors, bonum et malum, qd placuerit illi, dabitur illi."

3: S. Augustinus contra 2as epistas Pelagii dicit: „Si n e Dei qa, quomodo salvat mundum, etsi n e liberum arbitrium, quomodo judicat mundum." Ad s. Patris dictum, ducit nos ad argumentum ex pei nata petitum; sc: ho neq meriti, neq demeriti erat capax adeoq nec præmii, nec pœnæ, et ho ee desineret, i. e. ens rationale et morale, si liberi arbitrii vires exstinguerentur. Qua propter Lutherus falso dicit.

5. Ee nostram doctrinam dogma patet ex Conc. Trid. sess 6. „Si quis dixerit, liberum hnis arbitrium a Deo motum et excitatum nil cooperari assentiendo Deo excitanti et vocanti, neq passive se habere, anathema sit." hinc damnatam ee 3 propositionem Jansenii: „Ad merendum et demerendum in statu nate lapsæ, non requiritur in hne libertas a necessitate, sed sufficit a coactione."

Datur gratia sufficiens.

Grata sufficiens e ea, quæ vires hni probet veras ac perfecte completas, et qdm relate ad præsentes ejus circumstantias, quin hm cum effectu sit conjuncta. Dividit, in proxime et remote sufficientem. Prior vires perfecte completas confert; posterior vo nisi mediante oratione, jejunio facultatem illam suppeditat. Protestantes et Jansenius ltm qam efficacem admiserunt; Esia vo catholica docet: hnem per hanc qam posse superare appositam concupiscentiam, vincere tentationes, ac observare Dei mandata, ita ut effectus, quem n hbt n gra, sed e culpa humana vo. tentatis n sequatur. Hoc am dogma probamus:

S. Scriptura: Isaias 5, 3. „Habitatores Jerusalem et viri Juda, judicate inter me et vineam meam. Quid e, qd debui ultra facere vineæ meæ et non feci ei? An, qd exspectavi, ut faceret uvas, et fecit labruscas." Grata hoc n erat efficax, cui cor duorum resistit, sed sufficiens, attm in Judæis causa erat, qd in eis effectum n haberet. Matth. 11, 21. „Ve tibi Corozaim! ve tibi Bethsaida! quia si in Tyro et Sydone facta essent virtutes, quæ factæ sunt in vobis, olim in cinere et cilicio pœnitentiam egissent." S. Stephanus ante lapidationem ad Judæos dicit: „Dura cervice et incircumcisis cordibus et auribus, vos spe Spiritui s: resistitis, sicut Patres vestri, ita et vos." Ex quibus locis sic argumentatur: hi hnes frustra ea spectatos facere potuissent, qd sine qa necessaria supponit, cum hm n fecerint, ea qam fuisse sufficientem.

Traditio: s. Aug.: „Si ad illam profunditatem scrutandam nos quisqm coarctet, cur illi ita suadeat, et persuadeat, illi am n ita, duo solum dicuntur, quæ

duo solum occurrunt, quae mihi respondere placet: Quid libuit divitia-
rum! et: Numquid injustitia e apud Deum?" Augustinus oem graam,
quae cum effectu conjuncta e, efficacem appellat, atq; rationem hujus
efficaciq in ipsa gratiae indole reponit, quod tmn ad dogma cath. n.
pertinet.

Decio Esiae prostat in conc. Arausicano secundo cap 25: „Sloc secun-
„dum fidem cathl. credimus, quod accepta per baptismum gratia, oes
„baptizati, Xto auxiliante et cooperante, quae ad salutem animae per-
„tinent, possint et debeant, si fideliter laboraverint, adimplere." ex quo
canone patet, graam eum hri incte posse, quamvis effectum n. sorti,
atz, si, np. laborare noluerit. — Probatio ex absurdis: Nam si oes heo
graam sufficientem n haberent, sequeretz, a. homnem n sua culpa
cecidisse! b. Deum amicos suos deserere, antequm ab iis deseratz, quod
cum ee n potest. c. Neminem sibi malum imputare posse, ideoq ne-
minem praemio ac poena dignum ee. —

Nota 1. Alexander VII et Innocentius X Jansenii prop. 2. damna-
runt: „Interiori graae in statu nae lapsae n resistitur."

Nota 2. Si putant adversarii hujus dogmatis, talem graam ee inu-
tilem, adeoq, a sapientia divina n exspectandam, talis graae collationem,
respondemus: objectionem fundamento carere, cum n dicatz, ex qua
sua graam ee efficacem, b. sufficientem, adeoq in Dm n recidit culpa,
si effectus n producatur. Si autem dicant, ee perniciosam, bonitati Dei
repugnare, quia in hnem vi graviorem culpam conferatz; fere, nesciunt,
quid dicant; si enim objectio quid valeret, dicendum qq eet legem d. cordi
inscriptam ee perniciosam; quia sine illa n esset, nec quod diceret, ho-
mo. Alexander 8 proscripsit sententiam: „Gratia sufficiens statui
nostro n jam utilis, qm perniciosa e, sic ut merito possimus dicere:
A graa sufficienti libera nos Domine! —

Mysterium gratiae.

Sloc mysterium latet in eo, quomodo graa salvo arbitrio in hne agat;
ut hominis opera Dei sint opera, et tmn n desinant ee hnia opera;
deinde autem in eo, unde pendeat ipsius gratiae efficacia; cur vo ali-

cur vō aliquando ℔ sit sufficiens. In hoc eruendo insudarunt plurimi, systemata condiderunt, magna saepe animor contentione egerunt, nec ℔m rem ad liquidum produxerunt. Iuvat systemata celebriora nosse, adeoq paucis historice magis qm critice illor facies depingere. - Coelestinus Colia mihi haec ipse definivit, ut sane melius fuisset, in re tam obscura, quo certa sunt et definita credere, in celeri sm suam ignorantiam foveri. In duas sm classes abeunt scholae diverso. Si aliqui repetunt gratiae efficaciam ab intrinseco i.e. ab ipsarae gratiae natura interna, alqui ab extrinseco i.e. ab aliqua causa, quo extra gratiae naturam sit, ita est. Ad priores pertinent Thomistae et Augustiani, ad posteriores Molinistae et Congruistae. Defenderunt Thomistae et Augustiniani communiter non ee gratiam efficacem, quia volumus, sed nos velle, quia efficax e gratia, rem ℔m in eodem modo explicant. —
Sic Thomistae efficaciam gratiae repetunt ex praemio v. praedeterminatione physica, putant np. actiones causar secundar in genere per influxum causae primae determinari debere, multo magis go actiones, quae ad finem altiorem pertinent. Insuper egere voluntatem, ne pensilis et indifferens maneat primo motore seu Deo, hunc concursum Dei necessarium appellant praemotionem seu praedeterminationem physicam, quae go secundum illos definiri potest, actio Dei, qua voluntatem prius, gm se determinat, ita ad actum applicat indeperabili virtute, ut hom possit in se determinare, voluntatem ut dicat, liberalem dicitolli quia veram potentiam relinquat in agendi. Thomistae go titulo dependentiae gratiam per se efficacem ponunt, in statu naturae purae, lapsae et reparatae et absolute; porro secundum illos gratia efficax a sufficiente differt indole interna. - Augustiniani vo repetunt efficaciam gratiae a delectatione, ut dicunt, victrici, quo si animus inituir, operatur, ea nota axiomate: „quod delectat movet“ cum constet, dicunt porro nil boni supernaturalis fieri posse sine gratia praevemente simul et victrici ee reponendam: et voluntas in eligat, nisi quod suavitate sua allicit, ait: recte concludi, gratiam efficacem in delectatione praeveniente simul et victrici ee reponendam. - hanc gratiam am efficacem per se, dicunt illi in statu naturae lapsae, titulo ut dicunt infirmitatis; porro effi-

efficacem a sufficiente in natura differe putant, sed delectationis gra-
du, hisce duabus nobis praecipue distinguunt, a Thomistis, ceterum et
Augustinianis libertatem salvam esse volunt. Est quoad haec duo syste-
mata notandum, nos non intelligere, quomodo in praedeterminatione physi-
ca, nec in in delectatione victrici libertas stat salva et incolumis, et in pe-
culiis Jansenii necessitas in statu naturae lapsae inducat, ut mi dicatur,
vix ex omni parte in conceptu Dei componi utramque systema.
Molinistae statuunt efficaciam gratiae consistere in consensu li-
berrimo nostro voluntatis, ita ut potius essentientibus efficax sit, suf-
ficiens vero nobis dissentientibus. Si autem ab iis quaeritur, quomodo Deus
in hoc systemate dici possit in nobis operari, quo velit, et quidem infal-
libiliter? respondent: per scientiam mediam Deum praevidere, quomo-
do his sit cooperaturus, et per hanc cooperationem provisam illam
elargiri gratiam, quo cum certo effectum producit, quem Deus ipse coopera-
tione providit. In hoc systemate gratia fere habet possibilitatis ter-
minum, pro ultima realitatis est libertas. — Contra hoc Molinistarum
systema multi insurrexerunt, res delata erat ad sedem apostolicam.
Pontifex Paulus V. an 1606 disputationibus finem imposuit, ut utraque
sententia libere in scholis doceretur, donec aliud fuerit a sede aplica de-
cretum, hoc addito, ut neutra pars alteram censuris lacessieret. —
Congruistae, media via incedunt, statuunt gratiam efficacem pete-
tendam esse ex congruentia hujus gratiae cum circumstantiis externis
et internis. Placet gratia dat perfectam potentiam operandi. Sed nullum hor
systematum nobis satisfacit, nec misterium explicat, manemus igo
simplici, in iis, quae a Deo per Ecclesiam evocati sumus. Modi ignoratio
in hoc dogmate eo minus nos turbabit, cum etiam ipsius libertatis pro-
interna nos lateat, et nunquam explicare valeamus, quomodo liberi si-
mus et tamen a motivis dependeant nostrae voluntatis determina-
tiones. Sufficiat igo nobis scire ex revelationis doctrinam, liberta-
tem nostram per qualemcunque gratiae communicationem in tolli; exalte-
ra parte dignitatem nihil hinc multum elevari, quo capax et luminis et
roboris superni recipiendi; per ipsam cum hujus auxilii collationem, beni-
gnitatem, misericordiam divinam in tota nostrae debilitate cum

n.p. Nad siedzi wieśćianin, facunku zmienic niemoze, wcze Bog mu daje wielka Laska.

gm̃ maxime manifestari. Nulla quog in hoc de grā mysterio adē con-
tradictio; agnoscit cm̃ ratio theoretica, concursum dei ad actiones huma-
nas ee possibilem, cum sit Dnūs oim̃ potentissimus, vitag ois ejs. e-
xistentia ab eo pendeat, si physica, cur n em moralis? Ratio autm
practica per grām doctrinam nonnisi finem bonū videt promoveri,
cui alioquin dunc tm contradiceret, id dogma, si scil. per grām ho
sublata libertate cns morale ee desierit, qd autem non fit. –

Necessitas gratiae.

Doctrina adversariorum.

Pelagū doctrina de peccato orig. et postea doctrina grā. Lex et evangelium.

Adversarii hujus dogmatis s. duplicis generis, sc. nonnulli em pec-
carunt, indolem et necessitatem grāe negantes, minimum tribuentes
libero arbitrio; bs. alii am minimum tribuerunt grae cum prejudicio ad
interitum libertatis, et quidem quod priorem classem attinet, missis gen-
tilibus, qui ois nāe tribuerunt, Origine et alii, qui Pelagianis pre-
lusisse dicunt, dicendum nobis e proprimis de Pelagianis, quos Soci-
niani et recentiores Nāalistae segunt. Pelagius sc. monachus brit.
tamen saec. V negans peccatum originale, n poterat de grae interno su-
pernaturalis necessitate rite sentire. Ceterum, ut ois ejus historia
testatur, n sibi constitit, subsistens sepe in grā mere naturali,
mox in angustias redactus de supernaturali quidem loquebatur,
externam tm̃n intelligens; fecit quidem nonnung m̃ sermonem etm
de interna illustrate, negans tm̃n illam, qua voluntatem ad bonum
flectit, quin dubium spes sit, an sub illustrante interno et non
potius externa adminicula intellexerit. Sure go ees Pelagianos er-
rores ad hoc tria puncta revocantur. – Augustinus contra pugnavit.

1. Docuerunt ad recte agendum sufficere liberum arbitrium una cum lege
et doctrina exteriori.
2. Gratiam interiorem non ee simpliciter necessariam, ad summum, valere ad
opera pietatis facilius peragenda.
3. Dari grām sec. merita. – Sectatores precipui Pelagū fuerant: Coele-
stius et Ecclanensis Eppus Julianus; de doctrina am cath. contra hos

f.

De doctrina ām catholicā contra hos vindicanda palmam facile ōibꝫ præripuit s. Augustinus, quem, ut Fulcre dicit clar. Libermann, Dꝰ antea grāæ prodigium effecerat, ut illūꝫ efficeret præsidium. – Concilia ām plura contra Pelagium celebrata sc. Carthaginiense aº 412, Hierosolymitanum et Diospolitanum, 415; Carthaginiense 416; Milevitanum āo eodem; plura africāna; demum Ephesinum generale. Ex hæreſi Pelagianōr orti sc. Semipelagiani sic dicti, quia ea parte lītm cum Pelagianis faciebant; ansam huic hæresi dederunt presbiteri quidam Massilienses circa ānm 427. Negarunt cum Pelagianis necessitatem grāæ interioris, ꝑ quam in unicetum, sed lītm ad initium fidei seu boni operis, et ad perseverantiam in fide usq; ad finem. – et grāam seō. meritā dixerunt. Admiserunt ām peccatum originale et necessitatem grāæ interioris ad progressum et consummationem boni operis. Contra eos scripserunt Augustinus et Prosper. Condemnata hæc hæresis hāc in conc. Arausicano 2 aō 529. Sociam idem āc Pelagiani tenent ōia libero hominis arbitrio tribuentes. In alterum delapsi sc. extremum Praedestinātām, qui talem dīāe grāæ in homines influxum statuebant, ut libertas humana prorsus perimet. Ad hos referuntur Waldenses, Wiclefita, Hussita, i. pse etiam Lutherus, qui libertatem dixit titulum sine re, figmentum in rebus hominum. Idem sequit Calvinus cum asseclis. Ceterum notandum est, recentiores Lutheranos et Calvinianos a prīdi magistri doctrina recedere, ita ut deflectant ad Semipelagianos v. etiam Pelagii et Socini placita sequantur. –

Quod attinet sententias Michaëlis Bajī, Cornelii Jansenii et Paschasii Quesnelii erroneas, sano doctrinæ adversas damnatas, illas habemus; quas illarum opera turbas excitaverint ad nos nō pertinet; quid de personis ipsis, quæ illas sententias protulerunt, tenendum sit, facile patet, utpote cum Jansenius, antequam moreretur, judicio Ecclesiæ opus suum subjecerit, Bajus, cum damnarentur propositiones ejus, Ecclesiæ judicio paruerit. Quesnelii vō sententiæ demum post ejus mortem sunt damnatæ. Tota Godescalci, Fuldensis, qui ad partes Prædestinatianōr decessit, ea historia nota sunt; revocavit solemniter errorem. –

Necessitas gratiae justificantis.

Eccles. cath. docet, arbitrio hom per peccatum attenuato n tm ex-
stincto, mansisse in nobis sanctas primitiv hominis et clim
quadam honestatis semina; ita ut rerum naturalis ordini
hō apprehendere et opera naturalia quadam bona, naturalia quaeat; at
quidquid est supernaturalis ordinis e xti merito fluere, atq nec regenera-
ri, nec quidqm agere aut velle nos posse, quod ad salutem pertineat sine
grate Dnq auxilio. Conc. Trident. sess. 6 cap 1: „Si quis dixerit, hom suis
„ operibus, quae v. per naturaq humanq vires v. per legis doctrinam fiunt
„ absq Dna per Jesum Xtum gratia justificari posse coram Deo, anathema
„ sit." Joan 15, 4-6: „Manete in me et ego in vobis, sicut palmes n potest fa-
„ cere fructum a semet ipso, nisi manserit in vite; sic nec vos, ni-
„ si in me manseritis. Ego sum vitis, vos palmites; qui manet in me,
„ et ego in eo, hic fert fructum multum, quia sine me nil potestis facere"
Non potest itaq hō quidquam salutis promptum efficere, ad vitam eternam
pervenire, nisi xto per gratiam sanctificantem sit conjunctus. Reponunt
quidem Pelagiani, ea vba ad auxilium externum cogni ee referenda, si-
ne quo pio nil fit hō, n autem auxilium internum adstruit necessari-
um. Ast si xti vbor verus clare ex verbis apostoli mox adducendis pa-
tet, inouper am notamus, verbum comparationis, si ad leges similitudi-
nis attendatur, ee conjunctionem internam; sicut succus ascendit in
§7. Effectus Baptismi.

Maximi modo oritur momenti quaestio scil. quales hic a Xto sub certis ritibus administratus praescriptus ritus producat effectus. Quae quidem quaestio eo accuratius est solvenda, quo majori fedulitate recentiores Rationalistae hos ipsos, eosq; magnificentissimos effectus explodunt. Tres effectus annt. I. per Bapt. aggregamur Ecclesiae Xti, quod testatur Act. II. 41. „Baptizati sunt, et appositae sunt (sc. Ecclesiae) in illa die animae circiter tria milia". — Jurium propterea et privilegiorum redolimur participes, quae Xtus in Ecclesia sua vult elargiri genere humano. Hoc ex natura rei patet, etenim quamprimum quis in societatem qualemcunq; recipitur, jurium et privilegiorum, quae illa societas suppeditat, fit particeps. Quod clare etiam Paulus dicit, idum ad Gal. 3, 27. affirmat: „Omnes, qui in Xto baptizati sunt, Xtum induisse, propterea nullum discrimen esse inter Judaeos et Graecos, inter servum et liberum, ces unum esse in Xto atq; adeo haeredes promissionum". Verum hunc primum bapt. effectum nemo umquam negavit, utpote cum ei tempore illi tantum dicti et habiti sunt Xtiani, qui baptismate erant pertincti. —

II. Confertur justificatio; atq; ideo ces in baptism. producuntur effectus, qui cum justificatione sunt juncti. hinc a. per baptism. remittuntur peccata. a. „Petrus enim Judaeis Act. 2, 37. sciscitantibus: „Quid faciemus viri fratres?" „respondet, versu 38: „Poenitentiam agite, et baptizetur unusquisq; vestrum „in nomine Jesu Xti in remissionem peccatorum". Ananias vero ad Paulum de coelo „vocatum, referente ipso Paulo Act. II. 16. dicit: „Exurge et baptizare, et ablue „peccata tua". Uberior desuper doctrina et modus remissionis docebitur b. „inferius. b. Regeneramur et renovamur interne ipso actu bapt. posito, „quod eloquium Christ. Joann. 3, 5: „Nisi quis renatus fuerit ex aqua et Spr. Sto."

Praedestinantes = ad peccata remittenda non subjecta legi Dei, sed legi civili.

et Paul. ad Tim 3, 3-8. in quo bapt. appellat lavacrum regenerationis et renovationis, et quidem ex sola misericordia dna per Spiritum Sctum non ex operibus, quae fecimus nos. –

c.f. Sanctificans quia diffundit in cordibus nostris, quod ipsum constat ex eo, quia justificatio et sanctificatio fit per Deum uno eodemq actu, et Paulus ex. presse dicit. 1. Cor. 6, 4: „Sed abluti estis, sed sanctificati estis, sed justificati estis." et ad Ephes. 5, 26: „ubi Xtum Etiam dilexisse dicit, et se ipsum pro ea tradidisse: Ut eam sanctificaret, mundans lavacro aquae in verbo."

d.f. In filios Dei adoptamur, Gal. 3, 26-27: „Omnes enim filii Dei estis per fidem, quae e in Xto Jesu, omnes enim, quicunq baptizati estis, Xtum induistis." – Quo in loco baptizari, Xtum induere cum filiatione dna in nexu causali ponitur. –

e.f. Spem praebet felicitatis aeternae dicente Salvatore Marc 16, 16: „Qui crediderit et baptizatus fuerit, salvus erit." et Joan. 3, 5: in quo Dns regnum Dei iis patere dicit: qui renati sunt in aqua et in „Spiritu s^to." Hilb Ba. Ἅγια τοῦ θεοῦ intelligunt h.l. ea beneficia, quaecunq Xtus assecutis. is promittit, atcq praeterimis felicitas aeterna, quae inter dona principalia sane maxima e. De felicitate aeterna hunc locum acs PP. intelligere. –

§8. Modus remissionis peccatorum in Baptismo. –

Sic sane bapt. porta e, qua ad vitam aeternam ingredimur. Propter pei tamen momentum et adversarios, quos in antecedenti § commemoravimus, in ipsum hunc justificationis per bapt. effectum accuratius inquirendum, et ipse exponendus e modus, quo fiet etiam, ut jecutica de Poenit. sacramento doctrina accuratius intelligat, simul cum perspicientur ea, quae antecedenti §. exposuimus, et ex ss. litteris demonstravimus, fuisse fidem universalem Ecclesiae semper. –

Defendimus am dogma nostrum catholicum sequens: Per baptismum tollitur de peccatum originale et actuale simul am cum poena peccatis debita, sive aeterna, sive temporalis. – Remittitur itaq per bapt. id, quod rationem poenae aeternae et temporalis habetur. Phaenomenon am poenae tollitur, e.g. Si quis per luxuriam ante bapt. morbum sibi contraxit, fanet morbus turpis

culpa et poena aeterna et temporalis

turpis poena e, qui tamen eo, quod quis baptizatus, minime sanatus, quapropter, quae post susceptum baptis. mala et incommoda concupiscentiae et sequelae physicae qualescunq etiam peccando contracta permanent, non habent rationem poenae, sed instrumenta et occasio fiunt exercendae virtutis, atq ideo felicitatis aeternae acquirendae. —

Notamus am, nomine poenae temporalis venire in oppositione aeternae poenam talem, quae finem e aliquando habitura, luenda ceterum et in hac et post hanc vitam in purgatorio. Esse am hanc expresse definitam Eccliae cathol. doctrinam deinde patet: „ ex conc. Trid. sess. 6. can 5. in doctrina „ de pecc. originali §15. citat. docet, cum ibi expressis verbis: „ In renatis nil „ odire Deum, cuius rei ratio adfert: quia nil damnationis inest in iis qui con„ sepulti sunt per bapt. in mortem, nil exinde eos ab ingressu coelestis remo„ veri. Pariter concupiscentiam, quae etiam post baptismum manet, ab „ Apostolo quidem peccatum appellari, id ideo tum, quia ex peccato sit, et „ ad peccatum ducat, in renatis am reapse peccatum in adeo sed relictam „ esse ad agonem, unde illa per Chri gratiam pugnantibus nocere non „ valeat, quin imo expresse Conc. Trid. addit: „ qui legitime certaverit „ coronabitur." Hoc am Conc. Trid. sive definivisse probamus:

I. S. litterae ibicunq de remissione peccatorum per bapt. loquuntur, sive restrictione eam praedicant, ita ut Irenaeus, qui primum legenti illos textus in oculos incidit, sit: „ Liberat „ is qui baptizat „ ab eo, quod peccatum „ est, et cum pecc. jungit „ scil. reatu et poena." Ut. text. antec. S. cit. tex. a. Insuper am huc referendus e Paulus in epist. ad Rom. - exhortat „ scil. c. VI. ad vitam puram et immaculatam, quia non deceat illos in peccato vivere, qui mortui sunt peccato". v. 2. quomodo am Christus mortuus sit peccato, in sequentibus exponit dicens: „ An ignoratis, quia quicunq bap„ tizati sumus in Christo Jesu in morte ipsius baptizati sumus? consepulti em sumus cum Illo per baptismum mortem, ut quomodo Christus surrexit a mortuis per gloriam patris, ita et nos in novitate vitae ambulemus." et v. 6. addit: „ Haec scientes, quia vetus ho noster simul crucifixus e, ut destruatur „ corpus peccati, et ultra non serviamus peccato." Optime sane in hunc locum commentatur s. Cyrillus Hierosolymitanus dicens Cat 3, n. 12: „ Descendis quidem in aquam, sereno peccata, sed „ gratiae innovatio animam obsignans in te permittet ab inimani abysso „ veri draconis. Qui mortuus descendisti in peccatis, ascendisti vivificatus

vivificatus in justitia: Si enim complantatus fueris similitudine mortis Salvatoris, simul et resurrectionis dignus habeberis. Quemadmodum enim Dominus Salvator mundi peccata suscipiens, mortuus est, ut interemplo peccato, te in justitia resuscitaret: ita descendens in aquam, et quodammodo sepultus in aquis, ubi ille in petra fuit, in novitate vitæ ambulans, resuscitaberis." Huc pertinent quæ expressiones vitæ, de Baptismo adhiberi solitæ, quibus dicimus: per Baptismum regenerari, renasci, i.e. novo evadamus creatu-
rae, quibus scil. ex integro remissa sunt peccata. Huc referri potest et ipsum signum, in quo Ille Baptismum instituit, nempe: Aqua, quæ sicut maculas physicas abstergit, ita sordibus purgat, et pristino splendori restituit: Sic et spiritualiter animam purgat ab ea sorde spirituali i.e. a peccato.

II^do Eadem est Sanctorum Patrum sententia, aliquos seligimus: Justinus Mar-
tyr in Dialogo cum Tryphone Cap. 44: „Quapropter labore ubi oportet, ut cognoscatis, quanam via ad remissionem peccatorum et spem haereditatis promissorum bonorum, perveniatis. Alia nam via non est, nisi haec, ut hunc Jesum agnoscentes, ac illo ad peccatos remissionem Baptismo ablusi, sine peccato deinceps vivatis."

Clemens Alexandrinus adversus haereses lib. II. c. 19: Multis nam modis vocat hoc opus gratia, illuminatio, perfectum et gratia, lavacrum. Lavacrum quidem, per quod peccata abstergimus; Gratia nam, qua remittuntur poenæ quae peccatis debentur; illuminatio nam, per quam sanctam illam et salutarem lucem intuemur. perfectum nam dicimus, cui nihil deest. —

Tertullianus in libro de Baptismo: „Felix Sacramentum aquæ, quia ablutis delictis pristinæ coecitatis in vitam aeternam liberamur." Cap 7. addit. Baptismi carnalis est actus, quod in aqua mergimur, spiritualis autem effectus, quia delictis liberamur." Origines homil. IV in Cantic. „Amputant, et exsecant ab hominibus peccata, cum in Baptismo donant remissio peccatorum."

Ambrosius in Cap. 6. ad Rom.: „Ideo per aquam Baptisma celebratur, ut sicut aqua sordes corporis abluit, ita et nos per Baptismum ab ea peccato spiritualiter purgatos, nos et innovatos credamus, ut quod incorporale est, invisibiliter abluat." Hieronymus epist. 23. ad Vican. cap. 2. : Omnia in baptismate condonata sunt crimina, nec post indulgentiam judicis mellenda est severitas." Augustinus lib. III. contra Epistt. 2. Pelagii. cap. 3. — „Baptismus ablutit peccata etc

h.

„ Baptismus abluit peccata ōia, prorsus ōia factorum, dictorum, cogitatorum,
„ sive originalia, sive addita, sive quæ ignoranter, sive quæ scienter admissa
„ sunt, sed non aufert infirmitatem – concupiscentiam scil. – cui regeneratus
„ resistit, quando bonum agonem luctatur."
„ Et aeq clare idem s. Augustinus de hoc effectu loquit: „Si continuo post
„ baptismum sequatur mors, non erit ōio, quod hōem obnoxium teneat, salu-
„ tis omnibus, quæ tenebant." Continent jane haec testimonia singulares par-
tes dogmatis allati.

III^to Esid baptizatis nunquam opera satisfactoria imponit, quibus aliquid, quod
post baptismum, ex peccatis reliquum sit, expiet, in signum credidisse il-
lam, nihil ōio reliquum ee. Ex historia nota sunt ista, et Justinus testat, Basi-
lius in exhortatione ad Bapt. Chrisostomus hom I. ad baptizandos. Argu-
mentis omnis vis clarior evadet, ubi de operibus satisfactoriis in Sacramen-
to Pœnitentiæ imponi solitis loquibi querimus.

IV^to Pro sententia denig Esidæ loquuntur ritualia ōia ubivis, Esidæ in quorum ora-
tionibus plenarie ōium peccatorum, et pœnarum remissio a Deo asflagitatur.
Specimina hujus rei in Auct. II. 296. Ex hisce jō dogma nostrum abunde probat,
et intelligit, qualis ex mente Esidæ sensus sit articuli fidei his verbis in Symbolo Ni-
cæno Constantinopolitano expressi: „Confiteor unum Baptisma in remissionem
„ peccatorum."

§9. Foedus baptismale.

Hisce Baptismi effectibus rite perpensis prono abeo fluit Deum benignissimum
cum hōe baptizato foedus pangere munificentissimum. Etenim:

I. Deus hōem per baptismum in Esiam recipiendo, jurium et privilegiorum vult ee
participem, quae ad illos pertinent, qui Christi sanguine sunt redempti, si-
mulq beneficiorum maximum, illo actu tribuit ipsi peccatori scil. et pœnarum
remissionem, Christi gratiam per Spiritum S^tum diffundit, spemq largit, ulte-
riorisq gratiæ, denigq vitæ aeternæ felicis. –

2^do. Exigit tamen grandia haec beneficia, sub conditionibus fidei in universam Xti
doctrinam, atq charitatis sanctæ, ut charitas habitualis in Baptismo collata
abeat in charitatem actualem, seu exerat se per opera bona, continuo in po-
sterum exercendo pugnae spiritus adversus carnem feliciter pugnanq. Hoc si-
cut ex rei natura patet, clarius adhuc in Scriptura docet, verbis. Necessitat enim Xtus
Matt. 16, 16. ex precepto baptismum cum fide, et ultiq vitæ aeternæ consequatio-
nem adscribit. Matth. vlo 28, 20. postquam Apostolos jussisset oēs baptizare,
addit praeceptum docendi: baptizatos servare ōia, quaecunq mandaverat, et.
Matth. 7, 21. affirmat non eum intraturum ee in regnum coelorum, qui „Domine,

„Domine, Domine" dixerit Dm, i. e. tantum crediderit, sed qui simul voluntatem fecerit Patris, qui in coelis e. Quapropter et Petrus Act. 2. 38. vitæ emendationem a baptizatis requirit, et Paulus multis in locis, ut baptizati in vitæ novitate ambulent, gravissimis inculcat verbis: Rom 6. –

3to: Jlo am baptizmum recipiens hisce conditionibus sese submittit, fidem probetis ribus, quae Xtus docuit, sanctæ charitatis exercitium promittens, quibus spem firmam possit concipere. Jluc pertinent quæstiones de Symbolo baptizandis, inte ab antiquissimis temporibus Cf. S. Cyrillum. Cateh. II. proponi solito, ad quas baptizandus respondet „Credo" et ipse nov symbolum ante Baptismum recitandi. Jluc pariter referendæ abrenunciationes, quibus baptizandus renuit diabolum etc. pera ejus, gdarum jam mentio fit in constitutionibus Apostolorum Lib VII. cap. VI, 42, 43. et in Cathe. I. S. Cyrilli. Demonstrant hæc sane baptizandum fidem promittere, atq. spondere, se velle exuere hominem veterem, et majoris vis, et eo minus delaberendi memoria, Ejus ante ab antiquissimo temporibus morem servavit adhibendi Patrinos, qui appellabant, fidei fusores, sponsores, susceptores, offerentes. De illis jam laquit Tertullianus libr. de Baptismo. Cap 18. Constit. Apostol. lib 3. cap 16. Augustinus plurimus in locis. Horum ante ea erat et est, monere baptizatos, ut in fide manerent stabiles, et in operibus essent firmi, deinde spondere in Baptismo cum baptizando fidem in Xtum, atq. vitam vere Xtianam. In infantibus paganis usum nondum habentibus, hi ipsi patrini loco eo hæc ea libr. I. de peccato merito. C. 19: „Parvuli fidem per ista gestantium profitentur, et ejus sacramenti fideles suos præstat ad maternum". Ergo jam in hisce elementa, quæ ad veri Fœderis notionem requirunt. Quod Fœderis nomen eo libentius retinemus, cum non tantum rem accurate exprimat, sed etiam quibus officiis ho baptizatus devinciatur, clare edisserat. Sed et biblica sit. Sacra em Scriptura illam sanctam promissionem Abrahamo gen. 15. factam v. 18. Fœdus appellat, sed et Moses Exod 24. 8. sanguinem, quo populum dei jussu adspergebat, fœderis sanguinem nominavit, hæc am, Prodromi erant, bonorum venturorum. Ipse porro Salvator suum in ultima cœna sanguinem porrigens expresse dicit Fœderis rationem inter Deum et homines intercedere, quod quidem per sanguinem in cruce fundendum sanciatur. Cum jam baptismus sit ritus sanguinis in cruce fusi, adeoq. meritos Xti ad singulos applicatio, recte Fœderis nomen, et res ei illum applicatur.

§10. Baptismus est Sacramentum.

Esse am hunc, quem descripsimus ritum Baptizmum baptismalem verb nominis novæ legis Sacramentum, ex antecedentibus facile colligitur.

intelligitur, si quidem in eo ea conveniunt, quae ad verum Sacramentum constituendum requiruntur. Adest enim signum externum, seu ritus certus, et determinatus, cui gratia interna sanctificans annexa est, quem Xtus Dominus instituit. Ea ergo ad verum Sacramentum requisita. Cum vero de legitima hujus Sacramenti definitione quaeratur; respondemus: Baptismus est Sacramentum regenerationis per aquam in verbo vitae, adjecto hoc, distinguitur a poenitentia. Putamus brevem hanc definitionem sufficere, quam per eam ab ea ibus, ut videbimus Sacramentis rite et sufficienter distinguatur.

Sacramento pro rio genus. per aquam. com per differentia ab ea ibus distingu

Ad 510.

Baptismus est Sacramentum regenerationis per aquam in verbo vitae, quo aqua in data a baptismo Xti Jesu, qua materia Sacram. vim sanctificantem habens, determinata est, forma pariter stabilita, tota enim Trinitas apparuit, et effectus Sacramenti hujus annuntiatus est, coeli enim aperti sunt. — Instituto baptismi ea cedit inter tempus ante passionem D. Xti; quando a Joanne baptizabatur. —

1. Obj: Provocant adversarii ad verba Xti post resurrectionem prolata: „Euntes — baptizate omnes gentes —"

Resp: Verba haec in continent institutionem Sacramenti, sed praeceptum illum Evangelium omnibus praedicandi, utpote baptismus prius institutus est. —

2. Obj: Nondum erat Spiritus S. datus, quia Jesus non erat glorificatus?

Resp: Locus iste agit de visibili descensu Spiritus Sti super Apostolos die Pentecostes. —

3. Obj: Apostoli ante passionem nil sciverant de ss. Trinitate, quomodo ergo in nomine Patris et Filii, et Spiritus S. baptizare poterant? —

Resp: Hoc est falsum; saepius enim Xtus de Patre et Spiritu Sto locutus est; praeterea sciebant, in una essentia tres personas esse.

4. Obj: Sacramenta habent vim ex morte Xti, quomodo ergo poterit baptismus ante mortem Xti collatus vim habere?

Resp: Ex morte Xti pariter — praevisa et acceptata. —

5. Obj. S. Hieronimus dicit, baptis. Apostolor ante passionem Xti ac Joannis baptismo non differre, neq. fuisse Sacramentum?

Resp: Aff ibus reclamantibus — nam Joannes baptizabat aqua Dei, baptismus Apostolor vo, utpote qui jussu Xti baptizabant, fuit in aqua et Spiritu Sto. A Joanne baptizati rebaptizabant ab Apostolis, contrarium factum ee, non legimus. —

6. Objec. Joannes dicit: Qui misit me praedicare, jussit me et baptizare? -
Resp: Bapt. Joannis erat ritus a Deo institutus, sed mediante Joanne; utpote ipse Joannes ritus instituit, et Deus Jesum, mandatum baptizandi dedit.

Ad - §2. -

7. Objec: Aft Joannes baptizabat in nomine venturi Messiæ?
Resp: Id non probabile e, quia et Jesum eodem ritu baptizavit, quo pe. ligios - qui vero ipse Messias erat. -
3. Nota. Notandum vo e, Joannis baptismum n contulisse gratam sanctificantem, quia secus non baptizarent ab eo baptizati - ee potius essentiale discrimen inter baptismum Joannis, et Apost. Jesu, ipse Joannes profite. " tur dicens: Ego baptizavi vos aqua ..... ille vos Spiritu S^to et igne baptizabit i.e. meum baptisma e solummodo ritus ad penitentiam disponens, et non confert interiorem mundities. - et cum discipuli Joannis de Jesum allegati " reversi essent renuntiantes: Jesum baptizare, Joannes " oportet inquit, il. " lum crescere et me decrescere." -
Quaeritur, quid sub igni "intelligatur"? Respon. Intelligitur, igneo linguo - i. gnis extremi judicii, ignis purgatorii, quia et baptizati in purgatorium devenire possunt, ignis tribulationis, calamitatum, quas baptizati tempore subire obligantur - Jesus vo et Apostoli gratam sanctificantem intellexerunt, quo animam ad instar ignis metalla purgantis purgat a sordibus. - -
8. Obj: Forsasse bapt. Joannis erat mysterium, cum quo Jesus Jesus gratam con. junxit.
Resp: Non, secus dicere debuit Joann. ego vos baptizo aqua, ille vos baptizat Spi. ritu S^to Sicut Paul: " Ego plantavi, Apollo rigavit, Deus incrementum de. dit. -
9. Objectio. Joannis baptismum fuit sacramentum intermedium?
Resp. Et hoc ee n potest, secus deberet aliqua lex intermedia ee. -

Ad §5.

1. Obj. Quare Jesus aquam, qua materiam sacramenti inolibuit?
Resp: Causa principalis e voluntas Jesu Jesu, quare baptismus in aqua ad. ministratur; porro aqua cibus in promptu e, qo necessitas baptizan. di clare ex inde patet, denig aqua optime repraesentat effectum bapti. smi, nempe mundationem spiritualem, quemadmodum sordes corporis per aquam abluunt.

Obj: 2. Non ē determinatum quomodo aqua comparata ēe debet?

Resp: Dogma cathol. ē: ut sit aqua vera et naturalis; utrum aqua sit frigida, vel calida, aut benedicta, ad essentiam baptizmi n̄ refert. –

3. Obj: Consepulti sumus cum Xto per baptizmum in mortem.... Baptismus debet repraesentare mortem et (vivs) resurrect. Xti, gō necessario per immersionem administret?

Resp: Immersio repraesentat quidem melius mortem et sepulturam Xti, sed accidentalis tm ē, et nequaquam ad naturam sacramenti pertinet, ēq cum multis vitiis, vel saltem sanitatis periculis conjuncta. Xst mortem et resurrectionem Xti effectus sacramentalis quoq significat; mortui enim eramus per baptismum renovgimus. –

4. Obj: Ecclesia primis temporibus clinicos ad ordinationem n̄ admisit eo, quod per affusionem baptizabantur? –

Resp: Hoc verum ē, sed ideo hoc fecit, quia non erant solide instructi et cognitionem sufficientem notitiae religionis ad alios edocendos, insuper in articulo mortis idq e metu poenae n̄ vō ex fide et persuasione erant baptizati. –

5. Obj: Xtus erat per immersionem baptizatus?

Resp: Non potest hoc probari et theologi generatim putant, Xtum in aquam descendisse, et aqua e vase, vel cava manu sua fuisse baptizatum. Caeterum ad naturam baptismi sola ablutio spectat, modus vō ad ritus. Praeterea legimus tria millia hominum Jerosolymis festo Pentec. baptizatos fuisse; quomodo tanta multitudo uno die immergi potuerit. –

Dantur insuper sat graves rationes, ob quas inde a seculo 13mo in Ecclesia lat. mos, baptismum per affusionem conferendi invaluit: 1. Ministrorum inopia. 2. periculum, ne infantes e manibus elapsi in aquis suffocarentur. 3. Ecclesia voluit puerperi mulierum consulere 4. denique Ecclesia respecta habito ad frigorem regionum, septentrionalium, recte modum immutare debuit. –

Ad §. 6. Forma.

1. Quaenam forma Baptismi?

Resp: Ego te baptizo..... Requirunt, gō necessario verba 1. quo actionem ministri exprimant, baptizo, quia ablutio aqua varios obtinere potest, 2. quo personam suscipientis determinent, te, quia nemo se ipsum baptizare potest, 3. Invocatio divinarum personarum.

1 Obj. Ova in nomine Patris, et Filii et Spiritus Sti n̄ pertinent ad essentiam bapt-

tismi.

baptismi, qd coram loco ponenda est ss. Trinitas?"

Resp: Sacra traditio testatur, invocationem divinarum personarum ad essentiam bap„ tismi pertinere; Xtus em expresse dicit ... Patris et Filii et Spiritus Sti. -

2 Obj: Utrum baptismus in nomine Jesu Xti collatus sit validus?

Resp: S. Thomas putat affirmative, quia et Apostoli e speciali dispensatione in nomine Jesu baptizabant, ast minus recte, de hac enim dispensatione nullibi legimus. -

3. Obj: Proferunt ss. Patres, qui dicunt, baptismum in nomine Jesu collatum vali„ dum fuisse? Sic Basilium, Bedam, Stephan. et Nicolaum?

Resp: Nos dicimus, nunquam baptizatum fuisse in nomine Xti, sed semper in no. stra formula ab universa recepta Ecia, contra quam Vv. 4 Patres nil efficiunt.

Nota. In nomine Jesu Xti Domini baptizari significat, post publicam fidei in Xtum Jesum professionem baptisma suscipere, intelligunt, qo ver. ba haecce de virtute et potestate Jesu Xti. -

4. Obj: Invocatio directa unius personæ supponit indirecte totam Trinitatem?

Resp: Nequaquam, nam Xtus expresse et Sancta cum severitate voluit baptismum in nomine 3ium personarum Divin. conferendum, ut ab hacce forma nullibi „ recessisse legitur. Aliud valet de formula, Ego te baptizo in nomine Patris „ et unigeniti Filii J. Xti et Spiritus Sti, quia haec formula expenbiam retinuit

Ad. S. 7. Effectus Baptismi. -

Quod attinet effectum baptismi, quidam falso asserebant, memoriam Baptis„ mi sufficere ad ea peccata post baptismum commissa delenda, volag, unde baptismum emissa per illud amittuntur.

*) 1. Obj: Cur nam Ecia catechumenis opera satisfactoria imposuit?

Resp: Ut opera haecce dispositionem constituant ad digne suscipiendum baptisma.

*) 2. Obj: In quem finem infantibus habitus fidei, spei et charitatis infundit, si quidem horum virtutum infantes sunt incapaces?

Resp: Dona haecce, propter gratiam sanctificantem et peccatorum remissionem, in„ funduntur in baptismo, atg, infantes catenus solum incapaces sunt, qua„ tenus non possunt operari propter impotentiam physicam. -

*) 3 Obj: Quomodo baptizatus hō similis e Adamo ante peccatum, si quidem reme„ net concupiscentia, mors corporalis, calamitates?

Resp: Quoad animam, et non quoad corpus, quod redemptionem expectat, a„ lias etenim, nisi mors corporis et calamitates remanerent, neg, hnes pro„

neq; homines probi martirium pro acto subire possent, multiq; ob commoda temporalia etiam, et non ex fide baptisma susciperent. –

§11. Ejus character indelebilis.

De hoc jam Sacramento defendimus porro, imprimis per illud animq; chorde terem, et quidem indelebilem i.e. talem, qui efficiat, ut Sacramentum hoc semel tantum recipi possit, valide, hunc q; hujus Sacramenti characterem, seu potius effectum, pariter tanquam dogma catholicum credimus, dicente Conc. Trid. Sess. VII. Can. 9.: „Si quis dixerit in tribus Sacramentis; Baptismo scil. confirmatione, et ordine, non imprimi animae characterem indelebilem, i.e. signum quodedam spirituale, et indelebile, unde ea etiam iterari non possunt, anathema sit." Constat ex hac definitione, non tantum Baptismi, sed et Confirmationis, et Ordinis ee, quod ad characterem, eundem effectum. Quare ante ea generaliter quaeniq; quid nomine characteris veniat, speciatim dein, quomodo dogma quoad Baptismum probet, dein, quomodo res in foro rationis consignet? Idem suo loco de Confirmatione, et ordine praestabimus. – –

I. Appellamus am characterem notam, qua res una ab altera distinguitur, signum aliquod rei incisum. Derivatum e a χαράττω, quod incidere significat, ita imago Imperatoris numismati incisa, character dicit. Imprimere q; characterem, dicimus rem aliqua nota v. signo insignire, qua res satis distinguit. Erit am character talis indelebilis, si nota ita permanens et constans sit, ut maneat, quoadusq; res ipsa perduret. Ex his jam facile patet, quid nomine indelebilis characteris, qui in tribus dicto Sacramentis animq; imprimit, veniat, scil. signum spirituale aeternum manens, quo baptizatus confirmatus, ordinatus ab eo aeternum distinguit, qui haec Sacramenta non suscepit, et quod simul impedit, quominus ea Sacramenta iterent. –

Dicimus am praeeunte Concilio „Spirituale" et quidem ex rei natura, animae enim, quae illud signum recipit, spiritus e, simul am et grāa, quo illum effectum producit, bonum e invisibile, spirituale. Quapropter sensibus illud signum non patere, valere coram Deo ab eo propterea distinguit baptizatum, a non baptizato si. firmiter asseveramus: in medio caeterum relinquentes, quod Theologi porro de natura hujus characteris disputant, cum Ea nihil aliud determinet, quam ee signum spirituale. Addimus am praeeunte eodem Concilio illud signum efficere, ut haec Sacramenta iterari non possint, pariter ex rei natura, quoniam si signum illud indelebile e, nulla unquam ne-

cessitas

necessitas adeo potest, quod semper manet, iterandi.

II. Jam quod speciatim attinet ad Baptismi Sacramentum, dogma nostrum sic probamus:

a/. nullum, neq; in ss. litteris, neq; in monumentis ecclesiasticis exemplum existat, ubi collatum baptismum, ee iteratum, quod ipsum nobis constat ex decisione Ecclesiae de non rebaptizandis haereticis, ut infenius docebimus. Huc pertinet dictum s. Augustini lib. II. contra Epistolam Parmenii. C. 13.: „Utrumq; Sacramentum e, et quadam consecratione utrumq; homini datuo, illud cum baptizat, istud cum ordinatur, ideoq; in Ecia catholica utrumque ñ potest iterari." Neq; obstat nobis Opponamus, non enim credidit Baptismum pstr collatum ee iterandum, deo haereticorum Baptismum ee nullum, adeoq; erravit in doctrina de ministro legitimo, ñ in materia nostra.

b/. deq; certum e Patres censuisse ñ iterandum, ee Baptismum, propter characterem, quem ille animo imprimat. Sic e.g. Augustinus exemplis petitis a moneta, qua Imperantis refert imaginem, et a nota militari, qua inusta, distinguebant milites lib III. contra Epistolam Parmenii. cap. 13. ait: „In desirente milite e crimen desertoris, character am manet Imperatoris. Quod si ad clementiam ejus confugerit et iterum militare incoeperit, numquid homini liberato et correcto character ille repetitur? an non potius agnitus approbatur? An forte minus haerent Sacramenta Diuina, quam corporalis haec nota, cum dicamus nec apostatas carere baptismate; quibus utiq; per poenitentiam redeuntibus in integritatem, sed ita amitti ñ posse judicat." Cum dicat „videamus" ejo de re omnibus nota atq; ubiq; valente loquit Augustinus, sicq; fidem publicam eloquit. In superiori am testimonio idem Augustinus iterari ñ posse Baptismum

c/. defendit, qui in consecrationis modum datur. – c/. Patres, dum de Baptismo loquuntur, passim characteris, notae, signi, sigilli, signaculi mentionem faciunt, adeoq; dogma nostrum diserte quoq; satis experimunt, illam notam, vel characterem dicunt. – Huc pertinet praeter locus sub b/. ex s. Augustino citatus. Deni adferimus s. Cyrilli Hierosolym. Praelat. in Catech.: „Magnum e sane propositum hoc baptismi, captivitatis liberatio, peccatorum remissio, mortis peccati, animae regeneratio, vestimentum candidum, signaculum sanctum, et indelebile, currus ad coelum, delitiae paradisi, regni coelestis conciliatio, et chrisma adoptionis filiorum." Quem locum integrum citavimus, quia ees baptismi effectus clare experimit.

clare exprimit. Paulus s. Gregorius Nazianz. orat. 40. in Baptis.: „Donum vo-
„ camus Baptismum, unctionem, sigillum, quia consecratio e, et dominationis
„ significatio."

IIII. Jam deria, quaerat, quomodo hanc doctrinam in foro rationis vindicemus — id facile probetur, modo genuinus sensus dogmatis attendatur.

1. Sensus am e: ee aeternum discrimen coram deo valens inter baptizatum, et non baptizatum, et nunquam prosatere iterandum ee rite collatum bap-tismum. Utrum hoc in rei natura situm ee patet, etenim aes credant, factum, infectum fieri n posse. Ex simplici am hoc axiomate sequit, eum, qui semel per Baptismum e factus Christianus, aeternum, illud factum irritum reddere n posse, eatenus go jam talem distinguit ab eo, cui illud factum n contigit. Sed etm insignis talis signo distinctivo certissimo, etenim deletur per baptisma peccatum originale, collata justificatione, quo facto vane distinguit ab eo, cui illud originalis macula inhaeret, quia justificatio illi n e collata. Et quid quaeso iteret, Baptismus rite semel collatus? Datur em ille specialem in finem, ut deleat, quod ex Adamo carnali generatione contractum e. Cum am illud semel delatum contrahi nunquam possit, cum nequeat ho in matris ventrem redire, et denuo nasci, superflua oio eet Baptismi iteratio, eo, magis, quia ad delenda peccata post Baptismum contracta aliud a Salvatore datum e Justificationis medium, ut infra docebimus.

2. Idem am apparet exinde, quod Baptismus nos deo consecrat, quod eo deo consecratur semel, manet ipsi in aeternum consecratum. Obstringi-mur enim, dum baptizamur, fidei et charitati objective, studio veritatis, et virtutis, cujus do ipsse e auctor. Ab hac jam fide et ab hoc stu-dio in aeternum dari n potest dispensatio, neq ex parte dei: repugnaret enim sibi ipsi ipsse, nam q e auctor doctrinae et legis, neq ex parte homi-nis, ho em, qui sana utitur ratione, nunquam pertinaciter velle potest. dispensationem; adeo em haberet semet ipsum, veram salutem respueret, mor-tem vitae praeferret. Faedi fraqui quidem ho sensualibus affectibus, et dese-rtus abreptus, fieri potest, sano habet, quem timeat, si propria culpa tene-bras magis amat ac lucem, dispensari am nunquam potest a sancta fidei, et charitatis christianae obligatione. Quodsi am consecratio et exinde oriunda obligatio aeternum manet, aeternum quoq distinctus manet, inter baptiza-tum et non-baptizatum i.e. illum, qui Christiano modo n e deo consecratus,

neq obligationem suscipit xtianam.

ff. Ex dictis hisce patet, materiam de charactere indelebili Baptismi nequaquam, quod aliquibus visum e, ee doctrinam sterilem, usibusq practicis in inservientem. Solus haec doctrina sic comparata e, ut effectibus salutarissimis in hominum animis producendis sit idonea, adeoq etm ex parte influxus salutaris in vitam, moresq informandos, quam plurimum commendet. Nam sancti officii nostri aeternum divinq obligatio nos monet, quo vitemus, quaecunq fidem in xti doctrinam cordibus nostris eripere possint, excitat, ut eam fide firma fevenum virtutis studium constanganus, ne proprio culpa magnis beneficiis excidamus per Baptismum collatis, ne promissionem frustrent, quibus Salvator benignissimus suos exornare dignatus e, quoniam sicut Deo aeternum obstringamur per Baptismum, sic non cessabit severa judicis venturi poena manens quemcunq, quisquillum Spiritus St. sua negligentia vel malitia contempserit.

Nota I. Recissima concil. Tridentini sess. VII. can 14. anathema contra eos dixisse, qui dixerint parvulos baptizatos cum adoleverint, interrogandos ee, an ratum habere vellent, quod Patrini eorum, dum baptizarentur, polliciti sunt, et ubi se nolle responderint, suo arbitrio ee relinquendos, ex dictis praecipue sub lit b. p. liquet, etenim, sicut ejusmodi agendi modus hoc sem indifferentissimum prodit, a quo Ecia xtiana vera semper abhorruit, suspiceret et ipsius Ecclesiae fidem vacillantem, quasi istam Donum sub traditione humana penetratum aliquid amittere possit decoris vel certitudinis, vel plane habeat, quod ab humanis disquisitionibus timeat. Absit a vera xti Ecia semper timor ille, utpote, quae hanc fovet et tenet firmam persuasionem nihil in finem suo regnum, niet candidissimum, atq objectiva veritate splendens istum Donum.

Nota II. Quapropter tuto baptizavit semper Ecia xti infantes recens natos, juste supponens, illos, se ipsos odio habere nolle, neq respuere, quod Deus sanxit. Exinde Patrini secure spondere possunt, infantem fidem et charitatem futuram, utpote mixas voto Dei objective vero.

§12. Minister hujus Sacramenti.

Quodsi quaeratur, quis hoc Sacramentum valide possit dispensare, tanquam dogma catholicum sequentem tenemus propositionem: Ministri hujus Sacramenti ordinarii sunt Episcopi et Presbyteri; extraordinarius

am.

extraordinarii aũ diaconi; in casu necessitatis quilibet; laici, foemina, haereretici, imo Judaei et Pagani valide baptizant. Demonstramus dogma hoc per partes suas sequentem in modum. –

§13. Ministri ordinarii, Episcopi et Presbyteri.

Episcopos ee ordinarios hujus sacramenti ministros patet e verbis, quibus Xtus illud instituit, dicta em illa sunt immediate ad Apostolos, quor successores sunt Episcopi. Apostolos aũ bene intellexisse, ea ad se pertinere tba constat, quia hoc Sacramentum reapse administrabant. Dictum aũ Pauli I. Cor. 1, 17: „Non em misit me Xtus baptizare, sed evangelizare", non ita intelligendum e, quasi ad munus Apostolicum n pertinuerit Baptismus et ejus administratio, baptizabat em Paulus reapse v. 14, 16. Crispum et Gajum, et Stephanae domum, comparative itm loquit, Paulus, scil. se primario missum ee in Evangelii praedicationem, quod recte hoc in loco urget, quia schismata invaluerunt inter Corinthios, et diversi diversos sequebantur docentes v. 12: „Ego sum Pauli, ego Apollinis, ego Cephae, ego Xti:" praeeligentes illum praecipue, qui contulerat Baptismum. Quapropter Paulus ideo gratias Deo agit v. 14, quod neminem ex illis baptizabat, ne quis dicat, v. 15. quod in nomine meo, scil. Pauli, – baptizati estis. Cuibus e verbis ratio, ex qua tba v. 17. dixerit, clare patet. Caeteros Episcopos hujus Sacramenti ee ministros ordinarios, atq primarios, facile intelligit, quod, ex potione Episcopi, utpote, cui ee munus ecclesiasticum a Xto e concessum, ut Part. III. Dog. gener. demonstravimus. Patet aũ insuper ex Praxi universalis Ecclae omni tempore, quae a nemine in dubium vocat. Hinc etm Tertullianus de Baptismo Cap. 17 dicit: „Dandi Baptismi jus habet summus sacerdos, qui e Episcopus."

Quod adu attinet Presbyteros, argumentum quidem n prostat biblicum nisi quod ex conclusione infert, sequens: Jungit Xtus munus baptizandi cum munere docendi, id adeo ad quos hoc, ad eos illud etm pertinere videtur. Cum jam ex I. Tim. 5. 17. certum sit munus docendi ad Presbyteros pertinuisse: – cf. §40. Dog. gen. P. III. recte illorum etm munus ee Baptismum conferre, adserimus. Quod aũ ee dubium etiam per Traditionem universalem ejus temporum tollit, quae insuper docet, Presbyteros et, si conferendi Baptismi jus ad illos pertineat, tamen el in hoc munere administrando subjectos ee Episcopo. –

aliqua testimonia adduximus; ita Tertullianus vtis supra ex libro de
" Bapt. c. 17. cit. subjungit: „Dehinc Presbyteri, et Diaconi, non tamen si-
" ne Episcopi auctoritate propter Ecclesiae honorem." Pariter s. Hieronymus
" ad Luciferum: „Sine Episcopi jussione, neq. Presbyter, neq. Diaconus
" jus habet baptizandi." Ex his, et universali Ecclesiae praxi adparet Pres-
byteros ee ministros sacramenti Baptismi. Quamvis am Episcopo in
administrando hoc munere subsunt, eos tamen hujus sacramenti dici-
mus ministros ordinarios, quia tales eos declarat Eugenius IV. in de-
" creto ad Armenos dicens: „Minister hujus Sacramenti e Sacerdos, cui
" ex officio competit baptizare." -

§ 14. Extraordinarii: Diaconi

Diaconos Baptismum contulisse legimus, in ipsis sacris litteris: Philip-
pus, qui Diaconus erat Act 18, 12. viros ac mulieres baptizabat; pariter
c. 13. Simeonem, et v. 38. Eunuchum reginae Candacis. Et ipsum ex Tradi-
tione quoq. probatum, ut loca superius citata testantur. Esse am hos ministros
extraordinarios, quodammodo colligi potest ex ss. litteris quatenus eorum
institutio. Act. 6. immediate curam pauperum intendebant, ut adeo reli-
qua eor munera extraordinario modo illis concessa credantur. Plenarie
am infertur ex Traditione; verba enim, superius e Tertulliano et Hierony-
mo citata, Diaconos Episcopis, in hoc munere administrando subjiciunt
subsequa am declaratio, non tantum nulla extat, qua edoceantur ordinarii
potestate sicut Presbyteri baptizent, sed et Gelasius Pontifex
in Epistola ad Lucaniae Episcopos expresse haec habet: „Absq. Episcopo
" v. Presbytero Diaconi n audeant baptizare, nisi praedictis fortasse ur-
gentibus, seu officiis longius constitutis extrema necessitas compellat." -

§ 15. In casu necessitatis: laici fideles. -

Reliquam jam progressionis partem in duas partes secamus, loquentes
primo de iis, qui in sinu Ecclesiae versantur fideles; deinde vo de haereticis -
quibus ultimo adjungimus non- baptizatos. De his jam omnibus sive
legitimi ministri sint, sive non sint; sacrae litterae altum tenent silen-
tium, adeoq. dicenda, e Traditione tm respiciuntur. —

Deoq, quod attinet ad laicos fideles, testimonia ferunt Tertullianus, sic ém pergit loco superius citato: „Alioquin et laicis jus é. Sufficiat hoc in ne„cessitatibus, ut utaris, sicuti aut loci, aut temporis, aut personae conditio „compellit. Tunc ém constantiae succurrentis excipit, cum urget circumstan„tia periclitantis, quoniam reus erit perditi hominis, si supersederit praestare „quod libere facere potuit." Gregorius Nazianzenus Oratione de Bapt: „Ne dicas „Episcopus me baptizet, tibi ad purgationem unusquisq fide dignus cense„atur, dummodo sit ex approbatis, et non ex manifeste damnatis." Augu„stinus ad Fortunatum: „In necessitate cum Episcopi, aut Presbyteri, aut „quilibet ministrorum non inveniunt, et urget periculum ejus, qui petit „ne sine Sacramento hanc vitam finiat, etiam laicos solere dare Sacramen„tum, quod acceperunt solemus audire." — Id ipsum explicat Eugenius IV in decreto ad Armenos. Esiáe ab sententia clare patet ex eo, quoniam ut infe„rius videbimus, dogmatica definitione Baptismum haereticorum proba„vit, valet gó eo magis Baptismus a fidelibus datus.

Nota I. Nonnullos Patres contra Baptismum a laicis collatum locutos ée, nominatim Tertullianum de Bapt. C. 37. et de velat. Virg. C.9. con„stitutiones sic dictas Apostolicas lib 3. c.9. Concilium Carthaginiense IV. c. 100. improbasse Baptismum a mulieribus collatum, certum é. — Ast jam illae sententiae particularium, quae contra Traditionem subsequo tempore exoodalam et declaratam nihil aliud efficiunt, quam aliquo tempore rem non satis fuisse notam. Dein notandum é, Patres quandoq cum taliadi. cunt, Baptismum spectasse solemnem, cujus collatio ritibus, ceremoniis or„nata, etiam nunc solis ministris ordinariis competit, et nonnunquam ipsis Diaconis interdicebat, v.g. vb de Baptismo loquuntur, qui conferebat a laicis absq casu urgentis necessitatis. —

Ads 15. Ministri extraordinarii, Laici.

Probat ex vbis Sti: „Euntes docete omnes gentes." — quodammodo inferre possumus Laicis quoq licere verbum divinum praedicare privatim et publice nescientibus illud, eosq in fide instruere, quod eo magis valet de Baptismo Laicorum. Et revera invenimus in s. litt. hujus rei vestigia, sic de uxore Mosis legitur, eam fuerum circumcidisse, quae circumcisio é figura baptismi.

Sic de Aquila, Priscila s. litterae referunt, eos, qui male praedicarunt, cori-
gisse. Sic Philippus Samariae viros et feminas baptizavit, et s. Patres
referunt, 72. discipulos, Apostolos in munere baptizandi adjuvasse, porro A-
nanias ho laicus, s. Paulum baptizavit, et Petrus domum Cornelii per divi-
pulos baptizare jussit. Quod vo primis temporibus factum e ob Esiam
propagandam, nostra quog aetate fieri potest in articulo mortis. —

1. Obj: S. Gregorius ab infidelibus baptizatos rebaptizari jussit?

Resp: Propterea, quia forma Baptismi n erat rite observata. —

2. Obj: Sinite parvulos ad me venire"... Sub hisce vbis n intelligunt Adver-
sarii parvulos adstantes, sed homines innocentes, et castos, similes infan-
tibus "talium" dicit Stus "e regnum Dei" vs. vero parvulos usum rationis
jam adeptos, qui jam possunt percipere, quid in Baptismo acciperunt?

Resp: Revera parvuli coram Xto adstantes, quibus Jesus benedixit, et homines
innocentes et casti intelligendi sunt. Matth. enim habet paidia parvu-
los: et Lucas infantes, quos a Parentibus allatos Apostoli admittere no-
lebant, fuisse refert. Possunt go infantes baptizari, quia 1. nulla ade
prohibitio divina, 2. nil obstat ex parte Sacramenti; quam primum pi-
tus ponit, grata divina accedit. 3. Nullum adest impedimentum e par-
te ministri, qui tam super adultos, quam infantes aquam infundere
potest 4. pariter nil obstat ex parte subjecti, quamvis enim infantes
fidem, spem et charitatem n habent, attamen n sunt actualiter a Deo
aversi, sed tantum habitualiter, utpote nullis actualibus peccatis onu-
sti, habitus go fidei.... infusus sufficit, neq 5. alia e parte Esiae ob-
stat, quae in baptizatum jus acquirit, ho vo in baptismo nequaqm
ad aliquid obligat, ad quod jam aliunde n esset obligatus. Nulla go
injuria infanti fit, si baptizatur, sed potius beneficium. —

3 Obj. Si infantes baptizari possunt, go et communicari, eadem em ratio e eu-
charistiae ac baptismi?

Resp: Falso argumentantur; diversam e rationem eucharistiae a baptismo,
cognoscimus ex ejus effectu; in eucharistia em ho accipit gratiam ad vi-
tam spiritualem in baptismo acceptam conservandam. Dein eucha-
ristia n e necessitate medii, sed praecepti necessaria e.g. sicut ho potest
4. Obj: aliquod tempus sine cibo vivere, donec calor naturalis adveniat, ita

ita et infans, donec calor concupiscentiæ non adveniat, non eget Eucharistia, adeo ttm adulti comunicari debent. –

Resp: In infantibus nulla requiritur poenitentia, quia ttm habitualiter a Deo sunt aversi – sed ttm in adultis ob peccata actualia.

5. Obj: Sacramenta solis mundis administrari debent?

Resp: Est medicina perfecta non sanis, sed aegrotis data. –

6. Obj: Xtus a. 30° baptizatus fuit? Responsum: Gregorius Nazian. dicit: „Non „ eadem ea servanda et eodem modo, quae et quomodo Xtus fecit." Xtus insuper de vita sua sancta fuit certus et nullo baptismo egens illud tamen susce„pit, ut nobis quod exemplum imitandum praeberet, et munus suum au„spicaret – nos vo baptismo indigemus, neq certi sumus, sicut ille, de vita nostra; praeterea et Xtus per circumcisionem 8va die susceptа sub lege factus est. –

7. Obj: Sanctus Paulus dicit: „Probet se ipsum ho, antequam ad sacrm: accedit?"

Resp: Sermo e de poenitentia, antequam ho conscientiam inquirere debet. –

8. Obj: Sacramenta sunt cibi solidi, infantes vo lacte indigent? –

Resp: Sola eucharistia e cibus solidus, nequaquam vo baptismus, quod infan„tes suscipiant, conveniens e, ut in religione cath. statim instruantur, „aut ne illud postea differendo penitus negligant. Quodsi baptismus statim infantibus n est necessarius, sequeretur exinde, prolem absq peccato „originali ee, falsum ee, quod Paulus: „Omnes eramus natura filii irae", „et David: „Ecce in iniquitatibus conceptus sum" dixit. –

9. Obj: „Sanctificatus e vir infidelis per mulierem fidelem". go proles quoque?

Resp: Hujus loci juxta dant explicationes: 1. filii eorum fiunt candidati religionis Xtianae, per quam salutem acquirere possunt. 2. Augustt. et Anselmus. statuunt, sanctificari partem infidelem, quia edicit a fi„deli parte matrimonio legitime uti, et non praeter naturae ordinem illo utitur, ceterum convictio haec parentum peccat. orig. n. excludit.

10. Obj: Votum parentum Baptismo infantium supplere potest?

Resp: De tali voto nullibi legimus.

Nota. Inde a festo Pentec. quo die lex nova per Petrum promulgata fuit, ea sacram. non obligant, et baptismus fit necessarius necessitate medii; lex etenim antiqua hunc cessavit, quando Xtus in cruce pendens dixit: „Consumatum e" protulit. –

§16. Baptismus haereticorum.

Qualis inter s. Cyprianum et Stephanum Romanum Pontificem saec. 3.i de rebaptizatione haereticor. invaluerit controversia, ex historia ecclesiastica notum e. Quidquid am sit, certum e veritatem definitam ee: haereticorum bap„ tisma valere, modo servaverint servanda. – Nihilo am illa Traditione, quo in sinu Ecclae Romanae asservabat„ semper, ad quam Stephanus Pontifex provocavit, in nobis illis, quae in Epistola Cypriani ad Pompejum servan„ tur verbis: „Si quis ergo a quacunq haeresi venerit ad nos, nihil innovet„ nisi quod traditum e, ut manus illi imponant„ in poenitentiam." — Imo teste Vincentio Lyrinensi Commonit. c. 9. illa ipsa Traditio primitus in Ecclis quog Africanis viguit, donec circa annum 200 um venerabilis me„ moriae Agrippinus, Carthaginensis Episcopus, primus eam mortalium contra divinum Canonem, contra universalis Ecclae Traditionem, contra morem, atq institutionem majorum, rebaptizandum ee censeret." Quod ipsum dicit s. Augustinus contra Donatistas de Baptismo lib. II. N. 12. „Nondum erat diligenter illa Baptismi quaestio pertractata, sed tamen salubernimam„ consuetudinem tenebat Ecclia in ipsis quog schismaticis et haereticis„ corrigere, quod pravum e, non iterare, quod datum e." Quam consuetudi„ nem credo ex apostolica traditione venientem, sicut multa, quae non„ inveniunt in eorum libris, neq in Concilis posterorum, et tamen, quia„ per universam Ecclesiam custodiunt, nonnisi ab ipsis Apostolis tra„ dita, et commendata credunt". Imo nec Cyprianus negat Agrippinum illum fuisse, sub cujus Episcopatu a congregatis in Concilis Episco„ pis Africae, et Numidiae primum statutum e ut ab haeresi venien„ tes baptizarent, quod patet ex ejus Epistolis ad Quintum et Jubaja„ num. Quapropter morem antea in Ecclia vigentem non negat. Hinc et„ si aliquo tempore in Ecclis particularibus de valore Baptismi ab hae„ reticis collati dubitaret, id verae et genuinae Traditioni nequaquam obstat, quae objectiva certitudine solemniter ab Ecclia proposita e, in Concilio Nicaeno I: repetita, in Concilio Tridentino sess. VII. Can 4. cujus vba citavimus §6. Contra Argumentum, quo Cyprianus jam usus est, hnem non posse dare, quod ipse non habet – monemus, hnem instru„ mentum tantum ee, dum am proprie baptizare i.e. lavigendo de Coelo

largiendo de Coelo gratiam effectus salutares producere, quos cum Baptismo jungere benignissime decrevit – haec fuse tractat S. Augustinus in libro de Baptismo contra Donatistas, et adversus Cresconium, in quibus rem variis illustrat similitudinibus, e.g. similitudine solis, cujus radii locis cœnosis non inquinantur; seminis, quod sordidis manibus terrae mandatum fructus profert etc. Cuodsi ergo quis urgeat, segui ex dictis, et ordinationem fieri posse per qualemcunq; etm illum, qui Episcopus non e, vi, absolutionem dari posse per laicum, utpote, cum pari modo ritus sit, qui ordinet et absolvat, quod tamen nemo concesserit, – respondemus: dispararem ee rationem, et in hac re ea pendere ultimo a voluntate Christi, qui absolutionem ad Episcopos solos restrinxit, baptismo tm voluit latissimam aperire portam. Cujus rei patio prole a nobis intelligitur, perpendentibus Baptismi necessitatem, qui cœli januam aperit, illud, in hac delet, quod miserum reddit aeternum, qualis necessitas in reliquorum Sacramentorum nullo, ut ex dicendis patebit, cognoscitur. Patet go ex hac ordinatione vi maxime Benignitas Clementissimi Salvatoris.

§17. Non baptizati.

Judaei et Pagani.

Cum eaedem rationes pugnant pro Baptismi a non-baptizatis collati valore, jure dicimus, et talem ee validum. Quare et Nicolaus I. non dubitavit Bulgaris sacc. IX. respondere: „Valere Baptismum ab infideli, non-baptizato Judaeo, Gentili collatum, si quidem servaverit servata“: et Eugenius IV. in decreto ad Armenos dicit: „Casu tm necessitatis, non solum sacerdos, et Diaconus, sed etm laicus, vi, mulier, imo et haereticus, et Paganus, baptizare potest.“

Nota I. Baptizandem quemcunq; adhibere debere quaecunq; praescripta sunt a Xto, patet ex doctrina de materia, et forma hujus Sacramenti necessaria. Ex hoc tm intelligitur, cur Concilium Nicaenum primum C. 19. rebaptizandos ee Paulinistas praeceperit, utpote, qui legitimam formam non adhibuerunt, cur tm fatum habuerint baptismum Novatianorum C. 8. qui servata servarunt. Item Unitariorum Baptisma nisi adfuerint, qui testentur eo expressa Trinitatis formula baptizasse, dubium semper erit.

Nota 6. Ubi Baptismus validus sit, a quocunq; demum conferatur, tamen ordinem servandum ee certum dignitatis personalis, res ipsa eloquitur. Rituale Romanum propterea jure praecipit: „Si adsit Sacerdos, proferatur.“

Sacerdos ordinarius ut praepositus, Diaconus ut administrat. — gō 2 primus ordinarius 2, extraordinarius minister Baptismi. —

/.

" proferatur is Diacono, Diaconus Subdiacono, Clericus Laico, vir foeminae,
quod versatur Baptismus, eademq e consecratio, quae nos Deo obstringit,
quando ad professionem integram, militiamq Xti initiamur, quae fuit,
dum in Ecclesiam recipieremur. ——

§10. Materia Confirmationis. –

Quamvis omnibus catholicis certum sit, Sacramentum Confirmationis sicut quod. libet aliud suam habere materiam, tamen dogmatica certitudine non constat, in quo praecisse illud elementum consistat, cum eam super rem decretio solemnis non prostat. Ut, quid judicii in ea re ferendum sit, pateat, ante ea pro. xime utriusq; Ecclesiae, dein diversas Theologorum sententias in medium proferemus. Sequitur, am Ecclesia latina hanc praxim, quod in Sacramentariis fere eandem jam exhibet s. Gregorius M. Episcopus elevatis manibus super capita eium dicit orationem, qua invitat Spiritum S. qui veniat super confirmandos. Dein interrogante Presbytero nomina singulorum, Episcopus tincto in chrismate pollice, simul manum qua unxit, imponit, format crucem in fronte uniuscujusq, dicens sta.: „N. Signo te signo crucis, et confirmo te chrismate salutis, in Nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti. Amen." Oratio finalis Sacramentum claudit, quae super eos pronunciatur. – Ecclesia am Graeca, praemissa super Baptizatum oratione, qui manus imponat, unguens sensus confirmandi dicit: „Signaculum doni Spiritus sancti. Amen." Ex his jam intelligit, unctionem adhiberi ab Ecclesia utraque, Ecclesiam am latinam insuper his manuum impositionem. Theologi jam in diversas circa necessoriam Confirmationis materiam abeunt sententias. Alii solam manuum impositionem, alii solam unctionem, imo sunt, qui primam manuum impositionem, alii, qui alteram de necessitate Sacramenti dicant. In tanta jam sententiarum diversitate, quaeritur, quid judicii sit ferendum? Quodsi sacra Revelationis documenta super hoc themate perlustremus, occurrunt sequentia: 1. Litterae in locis, quae ex Actibus Apostolorum §3. de collato Spiritu Sancto loquuntur, solam commemorant manuum impositionem. Pari modo plures SS. Patres illius loci mentionem fecerunt, ubi sunt: S. Cyprianus ad Jubajanum. Firmilianus Ep. 75. apud S. Cyprianum. S. Hieronymus, et Augustinus loco cit §5. Sed sunt ex altera parte, qui de sola unctione loquantur, e.g. s. Cyrillus Catech 3. Pacianus de Bapt. Gregorius Naz. Orat. 40. Alii utrumq; conjungunt, e.g. idem Cyprianus, qui in Epistola ad Jubajanum de sola manuum impositione loquitur, Epistol. 12. dicit: „Ungi quoq; necesse est eum, qui baptizatus est, ut accepto chrysmate – unctione – est unctus Dei, possit." – Pariter loco citato §5. commemorat manuum impositionem, atq unctionem. Eugenius PP IV. in decreto pro Armenis solam unctionem, dicit: „Confirmationis materia

quia Theod. et Palues explicant illa de oratione et benedictione e.g. apostolica

materia est Chrisma confectum ex oleo, quod mitorem significat conscientiae, et balsamo, qui odorem significat bonae famae per Episcopum benedicto." —

Ex his jam intelligitur quamlibet praedictorum Theologorum partem suis gaudere praesidiis, attamen, quod pariter dicendum e, et suis premi difficultatibus. Qui enim solam manuum impositionem habent necessariam materiam, non perpendunt testimonia plurima, eaq antiquissima unctionem commemorare, imo necessariam proclamare; pariter etiam graecam manus n imponere, quin illi ab Ecclesia occidentali de valore Sacramenti his moveatur. Qui solam unctionem materiam necessariam statuunt, adversantes habere videntur ss. illorum, quae manuum apostolicarum impositionem contulisse Spiritum s. dicunt. Qui utramq actionem necessario e conjungendam praecipiunt, pariter negligere videntur Ecclesiae orientalis praxim, quae manus non imponit. Manent hi quidem inqi non posse confirmandos, nisi illis manus admoveatur — tamen inter manuum impositionem, quae necessaria materia est Sacramenti, et inter necessariam manus ad corpus ungendum applicationem diversimen intercedere videtur. Ritualia enim graeca nullam prorsus impositionem praescribunt. Cf. Goar in Rotis Archaeologiae Graecae. Citatis praeterea testimoniis, atq Ecclesiarum praxi consentaneum e videtur, si statuamus alterutram harum materiarum ad valorem hujus Sacramenti ita sufficere, ut sive manuum impositione sola, sive unctione sola conferatur Sacramentum valide collatum censeatur, ut adeo uterq ritus Apostolicus, ita tamen, ut unus etm positus Sacramentum efficiat. Pro hac sententia pugnant testimonia allata et explicatio cum hujus modo, modo alterius mentio fiat, nec uterq commemoretur. Ex hoc intelligitur quomodo una Ecclesia in sola unctione subsistere, altera utrumq conjungere poluerit, cum porro in Ecclesia ipsa Orientali aliquae Ecclesiae particulares, ut Armeni, et alii manus dum confirmant, imponant, cum ex ipsis Patribus Graecis plures, manuum impositionem commemorent, et quae sunt similia. Si quis putet, mil legi Apostolos unxisse confirmandos, cum sola manuum impositio commemoretur: nequaquam sequi, prorsus nullam adhibitam fuisse ab Apostolis. Non enim ea scripta sunt, pluria obiter, et ex parte tantum commemorata. Interim tamen verum non ee videtur in ss. illorum, nullam prorsus fieri mentionem unctionis. Sic enim legimus. II. Cor. 1, 22-23. „Qui confirmabit — βεβαιῶν nos vobiscum in Xto, et qui unxit, — χρίσας — nos, Deus; qui et signavit, — σφραγισάμενος — nos, et dedit pignus Spiritus in cordibus nostris." — Nescio, quomodo quis probet, hoc in loco de nostro ritu Sacramentali n ee sermonem, cum Spiritus pr effectus primarius, consortatio, atq sigillum expresse

expresse commemoret, quo sermone subsequa Ecclesia usa est semper loquens de Spiritus Sti. effectu confirmatorio in cordibus Christianorum. Nos am militamus Vulgatae versione, quae interpretata est: „Confirmat" quasi verborum venustate seducti; sed ea reapse e significatio verbi: בצבא dicente Schlensnero in hoc locum: „Corroborantem reddo, efficio, ut aliquid menti alicujus inhaereat confirmo". Scimus quidem putare nonnullos metaphorice dici Christianos: „unctos," quis am demonstret metaphoram non desumptam e abactu, qui externe administrabat? Saltem scimus primis jam post Apostolos temporibus realiter unctos e baptizatos, cujus originem primam nemo demonstrat, qo ad Apostolos jure referatur. Neque obstat, Deum dici, qui ungat, quod effectum Sacramentalem p indigitare videatur, cum unctio adhibenda est per ministrum. Deus em in hi Sacramento est, qui gratiam elargitur ritu per ministrum posito. De Confirmatione hunc locum interpretantur: Ambrosius libro de his, qui initiantur C. VII. Chrisostomus, et Theodorethus in hunc locum. Haec ex variis rationibus Theologicis praecipienda e videntur, quamvis ea nemin obtrudamus. Certum em e, Ecclesiam graecam et latinam valide conferre hoc Sacramentum, modo quaelibet servet, quae praescripta sunt, ubi ad liquidum p possit perduci, in quo precise ritu materia consistat. Ceterum patet, et manuum impositionem, quae robur et fortitudinem indicat, apium ad effectum Confirmationis primarium exprimendum esse signum, quapropter Christus Apostolis Sacramentorum administratoribus em relinquere potuit alterutrum ritum adhibere. Quod attinet ad primariam in Ecta lect. manuum impositionem, utut illa servanda est, tamen ad essentiam Sacramenti p pertinere putamus, quod partim ex dictis liquet, partim exinde constat, quia in secunda, ubi Episcopus simul ungit, verba proferuntur: „.... et confirmo te." quod dici vix posset, si per primam jam essent confirmati. Catechismus Romanus quog chrismationi effectum Sacramentalem adscribit, sicg sententiae nostrae suffragatur.

Ad. §. 10.

Cur confirmatio in fronte? Responsum. Quia frons e sedes verecundiae, pone, qo crux in fronte ducitur, ut eam profiteamur, quae crux Judaeis scandalum et Gentilibus stultitia fuit.

1. Obj: Chrisma pertinet ad elementa hujus mundi, a quibus nos S. Paulus avocat.
Resp: Stante hac objectione neg aqua ad baptismum adhiberi posset. —
2. Obj: Dionysius Areopagita ex more Gentilico unctionem derivat.
Resp: Falsum e; ex illis unctionibus Judaeor et Gentilium duntaxat effectum

Athletae apud gentiles perungebantur unctione, ut facilius pugnarent, etc
Sicuti ista, erant coloniae apud Gentiles, sic Christiani ut facilius certarent in certamine Spirituali

m.

/. effectum sacramenti explicat/: ad certamen spirituale/. — expresso a Sto Petro et Apostolis derivat.

3. Obj: Sacrae litterae de impositione manuum tantum mentionem faciunt?

Resp: S. litterae ea tantum exhibent, quae ad ritus pertinent, sed plenarium argumentum ex traditione repetimus; saepe quidem Patres jam impositionis manuum, jam unctionis, jam utriusque meminunt, semper tamen eundem effectum intendunt.

4. Obj: Innocentius III. et concil. Trid: vocat manuum impositionem Confirmationem.

Resp: Nullum argumentum: Bellar dicit, ea, quae in conc. peragant, ad finem pertinere, sed ea tm, quae sunt definita, praeterea neq Innocen. et concilium Tridentinum nobis contradicunt, utpote solum loquendi modus antiquus moderno opponitur; prius vocabat, manuum impositio, quod modo confirmatio dicitur. Non dicit vero Concilium Tridentinum, illam manuum impositionem, in unctionem mutatam ee. —

5. Obj: Balsamum nunc nullibi reperiri potest.

Resp: Ex India advehi, etiamsi alia sit species balsami, quam tempore Apostol in Palaestina, attamen non mutat naturam Sacramenti, quemadmodum species vini nihil refert ad essentiam. — Plinius tempore suo erant in Syria balsami.

§II. Forma

Apostolos, dum Spiritum S. conferrent, orasse, adeoq forma aliqua usos fuisse, hoc e S. scriptura demonstrant. Non am eoque constat, quae, dum orarent, verba adhibuerint, propterea et Ecclesiae in Confirmationis collatione orant, quamvis verbis eisdem variant. Dogma am catholicum nullum extat, quibus in verbis forma consistat. Plane aliqui Theologorum orationem, quae in Ecclia latina fit, manuum impositionem comitari: in Eccia am graeca sine manuum impositione unctioni praemittit, quibus orationibus invocat Spiritus S.: alia verba, quae in utraq Eccia (§10). unctionem concomitantur, — alia autem, utramq formam essentialem habent. Solvunt am diversimode, prout diversam materiam assumunt. Tandem sunt aliqui, quamvis unctionem necessariam materiam habent, orationem tamen praeviam, formam declarent, ideo quidem, quia verba unctionem comitantia, non sunt oratio. Nos ex iis, quae statuimus de materia putamus consistere formam necessariam in verbis, quae actionem concomitantur, et quidem ideo, quia in utraq Eccia effectum huius Sacramenti accurate exprimunt, dein vero, quia et in reliquis Sacramentis forma cum materia jungitur. Quodsi vero putant non esse illa verba orationem — respondemus cum Bellarmino de Confirmatione Cap 12: „Formae Sacramentorum passim

" passim a Patribus dicant, preces mysticae, licet interdum proferant, per verbum
" indicantis, nam ofr a deo exspectab, et peculiar principalis operatio in Sacra-
" mentis." Quodsi adhuc difficultatem in eo invenire sibi videntur, quod Patres ante
saec VII. verba nobis non transmiserint, quae unctionem comitant, adeoq nulla
dicta fuisse, inferunt, reponimus cum Bellarmino: id factum fuisse, tum quia
Sacramentorum formae notae erant Christianis, tum propter legem silendi de non e-
vulgandis fidei mysteriis. Huc pertinent vba Innocentii I ad Decentium, dum de
Confirmatione loquit, dicens: " Verba dicere non possum, ne magis prodere fide-
" ar, quam ad consultationem respondere." Ceterum, sive in his verbis, sive in pre-
cibus oratione, sive in utroq forma necessaria consistat, Sacramentum nihil pe-
riclitatur, si quidem minister hujus Sacramenti cria benedicere, et ponere, et orare,
quae in Ritualibus praescribuntur. -

Nota. Quodsi ex inde, quia praecise non cia divinitus determinata sunt, nec
constet, quibus verbis pronunciata sit forma, in errore poluerunt Refor-
matores, rem hujus et aliorum Sacramentorum rem vaccilare, et jure de
eorum realitate dubitari: - animadvertimus praeterea, quae notavimus
§7. Christum dum promisse modo, gratiae pro certis vitae casibus et ne-
cessitatibus promissionem sub signo visibili elargiendae dederit, circa
ritum ipsum, et verba, quibus ritus Sacramentalis fiat, multum Apostolis
suis, et Ecclae relinquere voluit, quod e re ipsa intelligitur mandato,
orationem eligendi, quae effectum condigne exprimat. Sive id indicative, si-
ve deprecative, sive his, sive illis verbis fiat, parum refert, siquidem Deus
sit qui gratiam tribuit, et verbis non adstringitur, nisi ex sapientissimo
consilio in quibusdam Sacramentis vba ipsa determinare voluerit. Re ceterum
tuv tamen cia ad Dei voluntatem, qui in certis Sacramentis illa voluerit Ecclae
relinquere. Sic vo, nemo dixerit Eccliam instituisse quaedam Sacramenta, si
quidem promissio sub signo visibili tribuendae gratiae Christo inhaereat. -

Ad § II.

1. Obj: In Ecclia graeca nulla adest forma - qo ad pertinet ad essentiam?
Resp: Etsi forma ad e clare expressa, attamen sufficit actio ministri, quia ad a-
dultos confert, confirmatio, quemadmodum in Ecclia latina, ubi propter su-
scipientes hoc Sacramentum necessaria fit. Caetera in CHRISTOLOGIA sc.
de unctione adhibenda in Ecclia graeca.

§ 12. Minister.

Dogma catholicum e, ministrum hujus Sacramenti ordinarium, e Episcopum,

definiente Concilio Tridentino Can 3: „Si quis dixerit ministrum Sacramenti
„Confirmationis ordinarium non esse solum Episcopum, sed quemvis simplicem Sa-
„cerdotem, anathema sit"

Dogma hoc sine difficultate probatur: enim:

1mo Loca e S. Scriptura citata Apostolos contulisse Spiritum S. et ad id negotium specialiter Hierosolymis peregisse in Samariam testantur.

2do Id ipsum Patres docent locis 35. citatis: Cyprianus de Praepositis loquitur, quibus confirmandi offerunt; Hieronymus Episcopum excurre dixit ad confirmandos, qui a Presbyteris sit baptizati; Chrisostomus non alios, nisi τοὺς ἐπισκόπους i.e. Episcopos id facere; Augustinus Ecclesiam in suis praepositis Apostolicum illum morem servare. Pariter Innocentius I. in Epist. ad Decentium, et Sacramentarium Gelasianum. — —

3tio Id ipsum et Concilium Lugdunense habet 35. cit. Interim tamen cum Concilium Tridentinum expresse Episcopum dicat ordinarium ministrum, in et extraordinarium designavit. Etiam extraordinarius Presbyter. Hinc Presbyterum hoc Sacramentum conferre discimus. —

a/. Ex dicto S. Hieronymi ad Aerium: „Quid facit Episcopus, quod in Sacerdotibus excepta Ordinatione." solum primum reservat, Episcopis Sacramentum Ordinis.

b/. In Ecclesia graeca inde a saec. V. et VI. certe post tempora S. Chrisostomi baptizantes Presbyteri Confirmationis Sacramentum conferunt, nec desunt hujus rei exempla in Ecclesia latina. Indulsit eam illud Gregorius M. Epist. 26. ad Januarium Presbyteris Sardiniae. In priori quadam Epistola ad Januarium prohibet confirmare Presbyteris, prescribente eo Januario, illud in Sardinia ex usitatum, in epist. hac concedit. Hadrianus III. concessit Franciscanis in India; similiter Jacobus XXII. Nicolaus IV. Clemens XI. Benedictus XIV. et nostro tempore a Sede Romana id privilegium concessum legationis austriacae curatoribus Klagenfurtensibus. ad ejusmodi concessiones provocat Eugenius IV. in decreto pro Armenis ex sede Apostolica ex rationabili et urgenti admodum causa factas, dicens: „Possunt
„igitur et Presbyteri Sacramenti Confirmationis esse ministri; attamen extra-
„ordinarii, quod sicut ex Concilii Tridentini definitione, sic et ex praxi
„Ecclesiae sequitur, non tamen sine concessione facta". Nec obstat Ecclesiae graecae praxis, secundum quam Presbyteri sine speciali delegatione id Sacramentum administrant, adeoque ministri ordinarii esse videntur. —

Solum ẽm hãc discrimen intercedit, quod Eccia græca jam concessionem fecerit universalem, – in latina ãm dett, de casu ad casum. – Jd jure Statũ, quia ante tempora Chrisostomi in Eccia græca quoq, Episcopi soli confirmabant, et mãc quoq, græci dogma Tridentinum agnoscunt, jo Presbyterum nimium extraordinarium habent. Eccia ãm latina jgnari græcãe non debet, quod obtineret, si ordinarium haberet. –

Quæritur: An Administrationis Confirmationis ad Totalem Ordinis Presbyterialis pertineat? – Putamus responderi debere affirmative, in quidem ex dicto Hieronymi citato inferri potest, dein quia Decus et Diaconis et alijs illud munus committi posset. Ex eo ãm non sequit, quemlibet Presbyterum sine concessione quoq, valide in Sacramentum conferre posse, quia ex jure divino illa potestas ad concessionem legitimam restringit. Dicimus, „jure divino" exigente in traditione, quia Decus ordinarius dici deberet minister Presbyter.

Ex dicto Eugenii IV. (§10) patet chrisma, quod miscet, ex oleo et balsãmo per Episcopum debere benedici. Est ãm illa benedictio antiquissimi usus, cujus meminit Jeudalianus, loquens de benedicta unctione, et Basilius de Spiritu S.te Cap. 27. –

Benedicitur jam Feria V.ta Hebdomadis majoris, cujus rei rationem vadunt, quia mulier ante passionem Domini unguentum effuderit super Eum. –

Ad §12.

2. Obj: Ananias imposuit manus Paulo dicens: „ut videas et implearis Spr. S."?

Resp: Hæc impositio non fuit sacramentalis (confirmatoria), utpote ante Baptismum Pauli facta, sed finis proximus erat, ut sanaret, a cæcitate. Spiritus repletus erat per gratiam specialem.

3. Obj: Act Samaritani non erant prius baptizati – jo et non confirmati?

Resp: Hoc e falsum, nam Philip. Spr. S. erat repletus, et Apostoli Baptismum jam non iterarunt.

4. Obj: Quod Apostolis concessum erat, non potest ad Epos extendi?

Resp: Jst Episcopi sunt ordinarii successores Apostolor, eam, potestatem a Deo accipiunt, quam Apostolis concesserat, imprimis per sacram. Confirmationis similiae Spirit. adscribimus, quod facere ducum et imperatoris est. –

§13. Subjectum.

Subjectum Confirmationis est quilibet baptizatus. Patet ex sacra Scriptura, et ex perpetua Ecclesiae praxi. Certum enimvero est, neminem Sacramentor Christianor participem fieri posse, nisi quis Christianus sit per Baptismum. —

Caeterum omnem aetatem recipiendo huic Sacramento aptam esse diximus ex perpetua Ecclesiae praxi, cum homines omnis aetatis sint baptizati, adeoq; et confirmati; aetas enim rem Sacramenti non mutat. Ecclesia graeca antiquum sequens morem statim post Baptismum infantibus recens natis administrat Confirmationem. In Ecclesia latina inde a saec XIII. instituto Coloniensi A: 1280 progressu factum est, ut illis conferatur, qui annos discretionis attingunt, et rudimenta fidei sunt edocti. Separavit ea Ecclesia latina modo Confirmationem, a Baptismo, sequens imolem Gratiae confirmatoriae, quae ad pugnam, quam parvuli nondum pugnant, necessaria est. Cf. Catechism. Roman. de Confirmatione. Ecclesia graeca utrumq; junctim administrat, sequens illiberam. — In loco quocunque fuit, mane suo, Gratiae rem collatio a canalibus hominis non pendet, neq; quod aliquibus Protestantibus visum est, fini Sacramentali adversatur, si statim post Baptismum confe-ratur, cum effectus non a sola impressione in mentem confirmandi, sed a gratia collata pendet, quam proinde sustinent illi, qui obstat sui consentia illum recepserunt, postquam adoleverunt. —

Nota. In statu Gratiae debere ee illum, qui Confirmationis Sacramentum recipit, diximus §: 6.to —

§14. Necessitas Confirmationis. —

Confirmationis Sacramentum non est necessarium necessitate medii: cf. §21. de Bapt. inde liquet, quod Baptismus nos Religionis Christianae et Ecclesiae membris inserat, peccata deleat, nos regeneret, adeoq; Coeli portam aperiat. Gratia rem confirmatoriae ea est indoles, ut ad pugnam detur, qua quis salva salute carere possit, qui ante pugnandam pugnam decedunt. —

Hinc jure statuerunt Patres Eliberitani c. 77. salvos fore eos parvulos, qui suscepto Baptismo, non percepta Confirmationis gratia moriuntur. — Esse rem necessarium hoc Sacramentum necessitate praecepti, ejusq; divini, patet, quia secus Christus non ordinasset illud. — Pariter patet ex peri-

culis;

ex periculis, quae nos ubig circundant, et ex magnitudine beneficii, quod contra illa hoc Sacramentum suppeditat. - Graviter ego peccare, qui hoc medium negligunt, vel ultra illud tempus differunt, quo pugna incipit, in propatulo est, nec ulteriori demonstratione eget. -

§15. Usus practicus.

Gravissimi momenti usus practicus ex doctrina proposita sequi ex ipso tractatu satis constat. Etenim: ...

1° Dulci gaudio nos repletet et ad gratias Deo agendas, habendasq excitat, quod in tantis periculis non relinquit nos solos laborare. -

2do Cautos, et circumspectos nos fecit, qui etsi gratia data sit, pericula vitemus, quoniam, qui illa amat, perit in illis.

3tio Ut cum grata accepta collaboremus, neq per peccata Spiritum Sanctum contristemus, atq saepius resuscitemus gratiam semel collatam, num. quam respuentiam docet. -

4to Corpora nostra ea templa Spiritus S. persuadet, quae prorsi foeda im. pietate ne violemus.

5to Decedunt usus peluqui in Baptismo adducti, quocum recte nexu conjungitur hocce Sacramentum. -

Articulus III

De sacramento Eucharistiae.

§1. Nexus.

Per baptismum vita spiritualis inchoata, sanctum officium injungitur credendi et sequendi, quae Jesus tradidit, per Confirmationem roboramur in professione hujus ipsius fidei et militio, inauguramur contra multiplicia mundi pericula, quo nos undiq circumdant. Sed neq per baptismum, neq per confirmationem concupiscentia mala auferit, quo nos interne facile superat et frangit. Huic obicem ponere benignissime decrevit Salvator, vividissimam sui et mortis suo memoriam, simulq vap fortissimum robur exhibens Eucharistia corporis et sanguinis sui, quam nobis proposuit Sacramentum et sacrificium usq in consummationem seculi. De hoc jam sacramenti mysterio sic tractabimus, ut tribus sectionibus involem ejus et naam, deinde illud qua Sacramentum, denig qua sacrificium demonstremus. —

/: Liebermann pag. 466 :/ Adversarii.

Adversarii statuunt dogma hoc sec. qd primum per Paschasium Radbertum, Corbonensem monachum inventum, et in libro: de corpore et sanguine Xti Jesu propositum ee. Sed quis sanq rationis admittet, simplicem monachum totam Eccam decepisse, eiq dogma novum, rationis limites longe transcendens obtrusisse remine reclamante — dogma etenim hoc: de reali presentia Xti Jesu in ss. Eucharistia tota profitebatur Ecca. Proferunt scriptores, quos contra hunc Paschasium surrexisse dicunt, ut Amalarium, Rabanum, Maurum, Scotum Erigenam, causa novi dogmatis ab eo propositi. Attamen quod attinet 3 priores scriptores, certe eos non legerunt, qui talia de eis affirmant: hi etenim semper erant catholici, et non dogma catholicum, sed nonnullas tm minus cautas expressiones a Paschasio in explicatione modi tentata admittas impugnarunt. Quoad Scotum sc: hic erat vir levioris animi, minus eruditus, et liber ejus, quam primum prodiit, statim in concilio reprobatus est. —

Saec II. primum mysterium hoc in campum deductum. Berengarius, diacomus Ecis Andegavensis primus ausus e publice hoc dogma impugnare. Errores ejus ad sequentia redeunt: a/ Asseruit: infantes n ee baptizandos, hocq modo auctor Anabaptistarum. b/ Eucharistiam ee signum tantum, figuram, symbolum corporis et sanguinis xti, / viam monstravit Calvino-Sacramentariis in genere/, c/. simul cum et in pane et sub pane adee corpus et sanguinem xti/ Lutkero perplusit/ d/. matrimonium dissolvi posse. Contra eum exercuerunt: Adelmanus condiscipulus ejus sub Fulberto, Deoin Episcopus Brixiensis, Hugo Lanfrancus, Cantuariensis epus, Guitmundus et Algerus. Precipue hi 3 ultimi in hac pugna inclaruerunt, ita: ut Petrus Cluniacensis dicat: Lanfrancum bene, plene et perfecte rem dilucidasse, Guitmundum melius, plenius et perfectius, Algerum sublime, plenissime et perfectissime.

Et concilia errorem Berengarii damnarunt, ut: sub Leone IX Romanum, Vercellense, Turonense in Gallia, sub Victore II: cui qua legatus Hildebrandus providebat - sub Nicolao II Romanum /1059/ - Rotomagense /1063/, Pictaviense /1075/. In oibus his Berengarius errorem suum revocavit, imo adhuc in Romano sub Gregorio VII 1083 in errore versabat - qua dm vicit et Berengarius a: 1088 qua fidelis catholicus obiit. - Mabillonius frustra laboravit, ut probaret, Berengarium transubstantiationem ttm negasse, n realem presentiam.

2/. Petrobrusiani et Henriciani dicebant: Xtum mutasse qm in ultima coena, panem in corpus et vinum in sanguinem suum, sed nullum eum sacramentum instituisse, nullamq ad id repetendum Apis potestatem dedisse.

3. Proprimis tamen Lutherus et Calvinus contra hoc dogma pugnarunt. Lutherus quamvis multa pfalsa contra nostrum dogma scripserit, multibi tamen negavit realem xti in Eucharistia presentiam, statuens: tantam vim ee verbis: Hoc e corpus meum et hic e sanguis etc." ut panis et vinum mutet in corpus et sanguinem xti dni, et hoc doctrina inserta fuit Confessioni Augustanae et Melanchton etm eam adoptavit. Lutherus tm ut depravaret et perverteret exosa sibi cath. Ecis dogma, statuit serius: Xtum ee presentem vere, realiter in Eucharistia cum, in v/ sub pane, et cum, in v/ sub vino, negavit q transubstantiationem. Rem hanc uberius exposuit Osiander et impanationem appellavit, quod vocabulum Lutherus recipere noluit, quia a se n inventum. -

Quam magnopere Lutherus in hoc dogmate fluctuebat, cognoscimus ex eo, quod scribens contra Waldenses, repudiavit illud, quibusdam cm civitatibus Italiæ permisit credere. Deinde Ubiquitatem docuit, qui error, et mysterium Incarnationis et ipsius realis præsentiæ Xti in Eucharistia tollit. Mox in alium prolapsus e errorem docens: Xtum præsentem ee in Eucharistia tm tempore sumptionis ad errorem hunc per disputationem aliquam cum Bucero 1531 habitam inductus e. Error hic valde placuit Melanchtoni, quoniam eo admisso, Sacrificium Missæ nullius e valoris et adoratio hostiæ exhibita, idololatriam pene dolet. Ut gō hoc duo destrueret, statuit Melanchton: Xtum ee præsentem tempore sumtionis non cum, in v, sub pane, sed cum hne per gam = fidem, vi cui in Baptismo gna sanctificans cum ablutione conjungit. Librum contra realem Xti præsentiam edidit Carolostadius, vir pudis, quem Lutherus ob hanc causam ex urbe expulit – jus em reformationis Lutherus ad se tm pertinere dicebat. –

4. Zwinglius negavit realem præsentiam, statuens: panem et vinum tm signa, symbola corporis et sanguinis Xti ee, sensumq illor verbor: „hoc e cor„pus meum" – et „hic e sanguis meus." hoc significat corpus meum etc. gō ad memoriam tm passionis et mortis recolendam Xtum Euch. instituisse. –

5. Calvinus denig neq cum Luthero, neq cum Zwinglio sentire voluit, quia propositum ei erat aliis imperare. Multa ita absurda et repugnantia docuit: primum realem præsentiam defendebat Xti in Euchar: eamq mil prodee illis, qui sine fide et pœnitentia ad eam accedunt – verba illa: „hoc eto„talem vim habere, ut: fiat lux", quo Deus in creatione lucis protulit – deni„de vō Xtum n ee præsentem vere in Euch. aperuit, statuens: symbola tm cœna ee in hac terra, corpus et sanguinem Xti am in cœlo, et ex hocce corpore Xti virtutem in nos promanare. Sententia ejus nihilominus differt a sententia Zwinglii, quia inter proprium et figuratum sensum medius n datur. Hunc Calvini errorem Anglicani adoptabant, quor schisma sub Eduardo VI in hæresim degeneravit.

Hodierni Protestantes neq doctrinam Lutheri tenent, apud eos em Euch. signum e mortis et passionis Jesu Xti in hunc finem institutum, ut hnes illud intuentes et sumentes, passionem et mortem ejus sibi repræsentent et ad pœnitentiam excitentur, gō ponunt tm pilum vanum sine oi vi et spiritu.

Sectio I.

Essentia Eucharistiæ.

§2. Institutio.

Postqm̃ Xtus Hierosolymis ultima in coena agnum paschalem cum discipulis man„ ducasset, pactaq̃ pedum lotione, exemplo humilitatis fortissimo, iterum accubuit, panem accepit, gratiasq̃ agens benedixit, fregit et inter discipulos distribuit, dicens: „: accipite et manducate: hoc ẽ corpus meum." Matth 26, 26. Post hoc accepit calicem, pariter gratias agens, et discipulis dans dixit: „bibite ex eo oẽs, hic ẽ ẽm sanguis meus N. T, qui pro multis effundet in remissionem peccatorũ." Matth 26, 27-28. Lucas in hac calicis institutione habet: „hic est calix n.t. in sanguine meo, qui pro vobis fundet." Eadem Paulus narrat, qui quidem s. coenæ n interfuit, edoctus ẽm immediate per Xtum de coelo fuit. I. Cor. 9, 20 et segg. „Ego ẽm accepi a Dño, quod et tradidi vobis, quia Dominus Jesus, in qua nocte tradebatur, accepit panem, gratias agens fregit et dixit: Accipite et manducate: hoc ẽ corpus meum - quod pro vobis tradetur. Similiter et calicem postqm̃ coenavit dicens: hic calix n.t. e in meo sanguine." Ex his adparet eõ referre historiam eodem prorsus modo, addunt porro ãm, Xtum procepisse, ut illa actio repeteretur in sui mortisq̃ suæ memoriam. Luc. 22. 19. I. Cor. 11. 24, 25. „quotiescunq̃ ẽm manducabitis panem hunc et calicem bibetis, mortem Dñi annunciabitis, donec veniat", sc. ad judicium universum. Ex his jam palulum fit, quod nemo ambigere potest:

1. Xtum ritum novum, et qdm maximi momenti instituisse; legimus ẽm de n.t. et Luc 22. 15. dixit: se ex desiderio desiderasse i. e. vehementissime desiderasse hoc pascha cum discipulis manducare.
2. Hunc testatoris finem fuisse, instituit ẽm novum hunc ritum antequam in mortem pergeret pignus mortis suæ.
3. Hunc ritum repetendum ee manducando sc: et bibendo, quod dederat, et qdm repetendum ee in mortis suæ memoriam, quod Paulus expresse dicit; quapropter legimus Act II. 42. „perseverantes fuisse Xtianos in Apstor doctrina communicatione fractionis panis et orationibus". sub fractione ãm panis intelligendum ee id, quod Xtus in ultima coena fecit, patet, quia in antecedentibus et consequentibus: „quicunq̃, ait, manducaverit panem hunc, et biberit calicem indigne, reus erit corporis et sanguinis

sanguinis Dñi. Probet aũ se ipsum hõ, et sic de pane illo edat et de calice bibat, qui em manducat et bibit indigne, judicium sibi manducat et bibit: ñ dijudicans corpus Dñi." Ex quibus simul certum ē, xtum ñ solum xtis illa dona manducando et bibendo debisse, sed et cãbus fidelibus, ut illis fruerentur. —

§3. Doctrina catholica.

Desuper conlinet, doctrina catholica Conc. Trid. sess. XIII c. 1. et 2. „si quis negaverit in s. Eucharistio sacramento contineri vere, realiter et substantialiter corpus et sanguinem una cum anima et divinitate Dñi nostri Jesu xti, ac proinde totum xtum, sed dixerit tantummodo eē in eo, ut in signo vl figura, vl virtute, anathema sit." Et cap. 2. „Si quis dixerit in s. Eucharistio Sacramento remanere substantiam panis et vini una cum corpore et sanguine Domini nostri Jesu xti, negaverit, mirabilem illam ac singularem conversionem totius substantiæ panis in corpus, et vini in sanguinem, manentibus duntaxat speciebus panis et vini, quam quidem conversionem ecclesia catholica transubstantiationem appellat: anathema sit." Ex hisce insunt duo de Eucharistia primaria dogmata; ipse
1. xtus vere et realiter et substantialiter totus praesens ē in Eucharistia i.e. corpus et āa cum dñitate.
2. Substantia panis et vini mutat, in substantiam corporis et sanguinis xti manentibus tamẽ panis et vini speciebus, seu dat, transubstantiat. —
Primum dogma defendimus cum Lutheranis adversus Calvinianos. Arbitrantur sc: hi: Eucharistiam tm ē symbolum vl figuram corporis et sanguinis xti. xtum efficaciter tm ē presentem, quae quidem varie explicant conveniunt tm in eo, xtum ñ vere ē presentem. Contra hos, precisis vbis dogma nostrum exprimimus: xtum vere et realiter et consubstantialiter ē presentem in Eucharistia." Dum dicimus: vere, indicamus Eucharistiam ñ ē vere symbolum vl figuram corporis et sanguinis xti. dum dicimus realiter, volumus xtum ñ recipi per solam fidem. dum dicimus: substantialiter indigitamus xtm ñ solum quoad virtutem et efficaciam, sed per se ipsum ē presentem.
Alterum aũ dogma defendimus contra Lutheranos, hi qm nobiscum realem xti presentiam agnoscunt, imo Lutherus affirmavit, neminem

ante illum hoc dogma ita, macte defendisse; negant am, mutationem elementor, volentes Xtum in, sub sp. cum pane ee presentem. Haec dogmata Sl catholica primaria, ex iis facile Eucharistia in sua catholica definit, e npe: „Mysterium corporis et sanguinis Xti sub speciebus panis et vini."

§4. Realis Xti presentia probat:

I. Ex verbis institutionis.

Realis Xti praesentia in Eucharistia pendet a suis verbis; quibus eam instituit; si em a propria eor vi in e precedendum, probata e realis Xti in ea praesentia. Ipsa am proprio ee accipiendum sequentibus argumentis hermeneuticis evincit:

1. Legitima scripturam interpretandi rao exigit, ut a propria vbor vi in recedamus, qnamvis id in postulet necessitas sp. atq in nostra materia falsi in ave sp., illa, qna statuit, sum liberalem constituere, mysterium valde ee abnorme, et oem longe superare conceptum, sufficiens nequaquam e argumentum, pendet em proconceptam opinionem et conjecturam dogmaticam, quo in interpretatione in jam fervi. Sed in llis nulla rao invenit, ex qua a sua litera recedat, sed potius ea suadent, ut ille potinea tur; etenim
2. Xtus in ultima coena rem novam instituit; qui vo nova ordinat, legem fert, secus finem suum in obtineret. Quod momentum auget:
3. Quia oes, qui institutionem referunt, eadem vba adhibent, qnamvis diversa ratione eam didicerint. Matthaeus em ipse institutioni intererat; Marcus hausit sua a Petro, Lucas a Paulo, Paulus vo de coelo evectus erat, nec ullus indigitat a litera ee precedendum, et vocabulum τοῦτο, qd oes adhibent, alio qm nali significatu ee accipiendum. Hoc am argumentum confirmat, eo, quod
4. Evangelista alias sedulo sl in tropicis dictionibus explicandis, veluti „Joan. II. ig. „solvite templum hoc ..... ille am dicebat de templo corporis sui." VI. 7. „Ex vobis unus diabolus e ..... dicebat am Judam." VII. 38. „flumina fluent de ventre ejus aquae vivae ... hoc am dixit de Spiritu S." et facturi fuissent illud in nostro loco, si tropice intelligi voluissent. Dico, hoc momenta urgenda st propterimis contra Calvinianos, si dicunt:

/.

„ si dicunt, vbũ ἄγω sæpius venire pro significat. e.g. Genes. XLI. 26. sep.
„ tem boves pulchri et septem spicæ pleno septem uberibus anni sũt. i.e. signi-
ficant. Hanc huius vbi significationem bene scimus, dicimus hũc in nostro lo-
cũ nõ obtinere, quia secus Evangelista in re tanti momenti indigitare debuis-
sent, et explicari nunqm possit, cur ꝛc idem vbum adhibuerint cum lingua
græca vbo pro indicanda notione significat. τυ θυειν nõ destituit.
5. Idcirco Eucharistiam instituens, novum cum hominibus foedus sanxit, sangui-
ne suo proprio dedicandum eo modo, quo Moses olim dedicaverat foedus inter
Dm et Israëlitas dicens Exod XXIV 8. hic e sanguis foederis etc. nõ poterant Apo-
stoli nalu Judæi mei de vero sangvine intelligere vba, memoriam recolentes
foederis antiqui in vero sangvine dedicati; quod ãm de sangvine valet, et de
corpore, quod specialim adjecerat:
„ 6. Ex vbis, quæ in calicis institutione proferunt Lucas et Paulus: hic calix
„ n. testamentum e in meo sangvine" continens pro contento e, id qd in calice
continet, n.t. idem ac pignus n.t. in sangvine meo i.e. sangvine meo sanci-
endum. Quodsi jam Calvinor sententia vera eet, is ee deberet, id quod in ca-
lice continet, significat meum sangvinem, et hic sanguis significatus e
pignus n. foederis, qd per verum meum sangvinem sancit, in cruce. Quis vo
ferat hos umbages? In sententia ãm nostra ocia facile fluunt, npe: in calice
contentus e sanguis meus, qui e pignus novi foederis per eundem sangvinem
pangendi.
7. Sensus literalis veritatem firmat, summa adversarior dissensio, qui duma lite-
ra recedunt, nõ habent, ubi pedem figant. Specimen ejusmodi exhibet auctor
pag 334. N. 2. Notandum ãm e, recentiores Protestantes in partes Socianor
abeuntes prorsus nõ curare verum Eucharistiæ sensum, imo dicere ee vo, ab-
stinendum ea ab explicatione, cum fructus salutares nõ dependeant a sin
verbor, sed a mente, quæ quis hisce epulis inversit. Adeo excutiunt, gnaci
quis rem, quam prorsus ignorat in usum cum fructu deducere possit.
Sic veritatis lucem identidem optantes erga veritates fiunt indifferentes.
Placet argumenta sane talia sit, quæ nobis hermeneuticæ persuadent certi-
tudinem, in sensu literali verbor institutionis ee manendum. — —

§5. Probatur II. Ex Joannis Cap. VI.

Realis ãm hæc xti in Eucharistia præsentia probat, cum ex Joan. cap VI.
in quo de hoc mysterio sermonem fecerat Dnus antequm illud institueret. —

Anno sc: prædicationis 2do postqm Xtus 5 panib, et 2 piscibus 5000 mi-
lia hominum refecisset, atq in eumdem tanto miraculo egisset admiratio-
nem, altera mane die convolantem in Capharnaum turbam ita alloquit, v. 26.
" :„ quia manducastis et saturati estis, quæritis me": et hortatu, ut sibi po-
" tius cibum compararent, qui possit ad vitam æternam v. 27. Quæsitus quid
" fieri ab ipsis debeat, respondit v. 29: „ hoc est opus Dei, ut credatis in eum
" quem pater misit." Hoc audito postulant Judæi signum legationis ejus di-
" vino et indicium majoris auctoritatis, quam fuit Mosis; intellexerunt em
Jesum majorem sibi fidem postulare, credidérunt em panum miraculum
in eè proferendum miraculo manne, qd Moses in deserto dederat. Respondit
Jesus v. 32. in Mosen fuisse, qui panem illum dedit, sed Patrem, qui dat vobis
" panem de cœlo verum: „ panis em Dei est, qui de cœlo descendit et dat vi-
" tam mundo" postulant Judæi hunc panem, et Xtus illis explicat v. 35. „ ego
" sum panis vitæ, qui venit ad me, in esuriet, neq sitiet umquam." In se-
quentibus, jam Xtus fidem sibi postulat, panem se vocans, qui de cœlo venerit
repetens v. 48. 51. „ Ego sum panis vitæ." Hactenus Xtus aperte se panem vo-
cat, quatenus è doctor generis hmi Dominus missus, cui fides è adhibenda. mi-
rifice jam v. 52. sermonem convertit, porro loquens de pane, in qui datus
" sit, sed quem ipse daturus è: „ si quis manducaverit ex hoc pane, vivet
" in æternum: et panis quem ego dabo, caro mea è pro mundi vita" panem
dandum carnem suam vocat. Hoc Xti sermone obstupefiunt Judæi, dnt
v. 53. litigantes dicunt: „ quomodo hic pt carnem suam dare ad manducan-
" dum? Literaliter go intellexerunt Judæi vba Xti, et ipse tum abfuit, ut
sermonem suum corrigeret, et perperam intellexisse Judæos moneret, ut po-
" tius sermonem suum confirmaret, et explicatius diceret v. 54. „ amen, amen
" dico vobis nisi manducaveritis carnem filii hmi et biberitis ejus sangui-
" nem, in habebitis vitam in vobis". v. 55. „ qui manducat meam carnem et bi-
" bet meum sanguinem, habet vitam æternam, et ego resuscitabo eum in no-
" vissimo die" v. 56. Caro em mea vere è cibus, et sanguis meus vere è po-
" tus. v. 57. „ qui manducat meam carnem, et bibet meum sanguinem, in me
" manet et ego in illo." Hic sermo Xti, in quo de manducanda carne et biben-
" do sanguine erat locutus, adeo offendit discipulos quosdam v. 66. ut illum
durum dicerent, imo Xtum relinquerent v. 67. Xtus vo sermonem in tantum
" in retractavit vl. correxit, sed addit v. 63. 64. „ hoc vos scandalizat? Spiritus
" est, qui vivificat, caro in prode quidquam." Vba, quæ loculus sum vobis
" spiritus et vita sunt." Quibus vbis proculdubio discipulos, qui eum relinque-
pant.

relinquerant n̄ ℔m n̄ revocavit, sed potius v. 68. ad Apl̄os conversus dixit: „
„ Numquid et vos vultis abire?" Ad quam am interrogationem Petrus respon-
" dit: „ Domine ad quem ibimus? vba vitæ æterne habes et nos credimus et cogno-
" vimus, quia tu es Xtus filius Dei" quasi diceret: n̄ grm arcanor verbor tuor
sensum capimus sed de tua legatione dña plane persuasi fidem tibi habe-
mus etm abscondita mysteria proferenti. Filo sermonis exposito dicimus:
inde a 52 in hoc capite sermonem ee de Eucharistia, etenim:
1. Duplex apperte occurrit sermonis transitus, occasionem ec: de pane lo-
quendi sumit Xtus a corporali salvatione hui, transit dein ad se, vocans
se ipsum panem, qua doctorem, qui vere datus i.e. missus e v. 52: am tran-
sit ad panem, quem ipse daturus sit; panis gō datus, cui fidem postulat, di-
stinguit a pane dando. Errant gō adversarii, qui ea, quæ de spirituali manu-
catione i.e. de fide Xto exhibenda, quæ in priori parte capitis dicunt, ad sē-
cundam extendunt, in qua de alia re sermo e. —
2. Distinguit inter edere carnem et edere panem, et bibere sanguinem, hæc am
locutio nunquam de doctrina aut fide alicui admibenda occurrit, ubi gō panem
edere significare possit doctrinam percipere, credere, nemo hm ungnam pro-
babit, specialissimam sententiam edere carnem et bibere sanguinem id significare.
3. Ipsam hanc sententiam Xtus sæpius repetit, quin ungnam indigibet, tropi-
ce illam intelligendam ee, vba em v. 69: „ Spiritus e, qui vivificat, caro n̄ prodē
i.e. spiritus e, qui facit, ut cumlis carnis vere Xti proficiat ad vitam — ungm
tamen possunt significare, quia in hypothesi sub carne intelligi doctri-
nam, sequeret, Xtum dicere: carnem i.e. doctrinam nil prodee. —
4. Quæ sapiens doctor, qui hominum salutis causa venerat, Judæos, qui scan-
dalo hoc offensi erant, debuisset admonere, perperam intellexisse vba, si lite-
raliter accepserunt, quod am n̄ fecit, confirmando potius sermonem, saltem Apo-
stolis seorsim rem accuratius explicare debuisset, quod pariter n̄ fecit, po-
tius potestatem illis dedit abeundi. Accedit
5. Dem antiquitatem ecclesiasticam hæc vba ita intellexisse. Ex quibus vbis
sequit, literaliter ee sermonem sumendum, adeog de Eucharistia eum tracta-
re, ex quo etm explicat, cur Apli, cum Xtus ipsum mysterium instituerit,
n̄ mirati, nec obstupefiunt, utpote, qui ad grande hoc mysterium erant pre-
parati; explicat porro, cur Joannes de ipsa institutione nil dicat, cui scil.
sufficiebat promissionem commemorasse, cum factum ipsum relatum sciret
a reliquis. Quodsi am hæc vba sit, ex hoc capite per se fluit vera, realis, et sub-
stantialis præsentia in Eucharistia, etenim repetitis vicibus de carne sua

edenda et sanguine libando sermonem facit, quod presentiam ejus realem supponit.

Ad 55. Adjuncta.

1. Ex charactere Jesu, qui Aplos in errorem inducere n̄ potuit. Quis sapiens serio loquens vlis suum sensum contrarium uni loquendi supponat?
2. Ex materia ipsius institutionis. Instituit c̄ em Sacramentum: - sacrificii, testamentum, pactum - dat, regula, dogma. -

Liebermann. Ex verbis Apli Pauli.

Duo ol precipui loci apud Aplum, in quib⁹ de usu et fructu Eucharistiæ ista loquit⁹, ut perspicuum sit, eum de vero Xti corpore loqui, n̄ de ejus figura. Cap X. ad Cor. ait. v. 16. „ Calix benedictionis, cui benedicimus, nonne communicatio sanguinis Xti e? et panis, quem frangimus, nonne participatio corporis Domini e? Ex contextu et scopo Apli patet, qd per hæc vba communicatio, et participatio, quo Aplus per eandem vocem koinwnia experimit, intelligenda sit realis inter corpus Xti et corpora nostra conjunctio, n̄ am societas quædam, et confœderatio &c. Illud probant sequentia: Quoniam unus panis, et unum corpus multi sumus, qui de uno pane et uno calice participamus... et ea, quæ Aplus præmittit v. 15: „ Ut prudentibus loquor, vos ipsi judicate, quod dico." Hæc em ita dixit, quasi volens loqui de sumo mysterio.

Alter Apli locus cap. XI. ejusdem epistolæ legit⁹. Postqm Aplus commemorasset, panem et vinum a Dno consecratum fuisse, et datum Aplis, subjungit: „ Probet am se ipsum ho, et sic de pane illo edat, et de calice bibat: qui em manducat et bibit indigne, judicium sibi manducat et bibit, n̄ dijudicans corpus Dni." Sucæ clarius e, Aplum hic de reali et substantiali presentia corporis Xti loqui. -

§6. Probatur ex traditione.

Extra c̄ am dubium dogma nostrum collocat, per unanimam fidem, quæ huic reali præsentiæ spē adhibita e. Et qdm multiplici modo confirmat, argumentum; nam

1. Comparavant Patres Eucharistiam cum incarnatione, ex quo inferimus, sicut Jesum incarnatum verum Deum-hominem habuerunt, etsi item hō adspexerent, sic et eucharisticum verum Deum hominem præsentem crediderunt, etsi panis solum et vinum viderent. Cum incarnatione Eucharistiam comparat Justinus in Apologia II. „ Quemadmodum Jesus Xtus carnem et sangui-

nem

„ et sanguinem exhibuit nostro salutis causa; ita etm illam admoniam incarna-
„ ti illius Jesu carnem et sanguinem eē edocti sumus." i.e. sicut in incarnatione
realiter Jesus Xtus presens, sic et in Eucharistia ultra terminum temporalionis
n̄ licet egredi. cum s. Pater dicit: edocti sumus, fidem publicam eō enuntiat.
2ō Ad ōipotentiam confugiunt, cum de hoc mysterio loquunt, qđ necessarium pul-
„ lo modo fuisset, si memoriale stm corporis et sanguinis sub Eucharistia in-
„ tellexissent; ad signum eñ sui ponendum nulla prorsus specialis potentia
„ requiritur. Sic dicit S. Ambrosius de sacramentis l. 4. c. 4. „ sermo Xti hoc
„ conficit sacramentum, quis sermo Xti? nsse io, quo facta st omia."
3. Modum quo Xtus in s. coena presens sit, dicunt incomprehensibilem, qđ lo-
„ cum n̄ haberet, si signum stm Xti credidissent Eucharistiam, et Ephrem⁹
„ Syrus cap. 5. de nāa Dei: „ Hoc eē sane excedit eem admirationem, qđ fecit nob
„ Unigenitus Dei filius: manducandum atq bibendum nobis proposuit corpus
„ et sanguinem suum."
4. Dicunt Xtum se proprijs manib⁹ tulisse, quod in sententia Calvinianor
„ absurdum eē. Augustinus in incarnatione dicit: „ Quis portat manib⁹ suis?
„ manib⁹ ubiq sit portari homo, manib⁹ suis nemo portat. Ferebat eñ ma-
„ nib⁹ suis Xtus, quando commendans ipsum corpus suum, ait: Hoc eē corpus
„ meum, ferebat eñ corpus illud in manib⁹ suis." Jacobus Nisibensis ab ipso ca-
„ theo doctrinæ orthodoxæ vindex primarius appellatus, qui Conc. Nicæno inter-
„ fuit sermone 4 dicit: „ Dominus noster corpus suum proprijs manib⁹ in
„ cibum et sanguinem in potum dedit antequam crucifigeretur."
5. Figuras excludunt, qđ sententiam Calvinianor prorsus everti et constanter
de realiter in Eucharistia presente Xto loquuntur. Ireneus adversus hæres.
„ l. 5. c. 2. „ Quando ergo mixtus calix et fractus panis percepit verbum Dei, fit
„ Eucharistia corporis et sanguinis Xti, ex quib⁹ augetur et consistit carnis no-
„ stræ substantia, quomodo qđ negant carnem capacem eē donōnis Dei, quæ
„ est vita æterna, quæ corpore et sanguine Xti nutritur, et membrum ejus est."
Cyrillus Hierosol. cateche. 4. „ Cum igit Xtus sic affirmet atq dicat de pane
„ hoc eē corpus meum, quis deinceps audeat dubitare? Et eidem qui affirmanti
„ et dicenti, hic eē sanguis meus, quis unquam dubitet et dicat, n̄ eē illius
„ sanguinem? Quare cum ei certitudine corpus et sanguinem sumamus, nam
„ sub specie panis dat tibi corpus, et sub specie vini dat sanguis, ut sump-
„ to corpore et sanguine Xti, efficiaris ei compar[illegible] corporis et sangu-
„ inis." Hieronymus. in Epla ad Titum c. 1. „ Tantum interest inter panem
„ propositionis et corpus Xti discrimen, quantum inter imaginem et ve-

veritatem." Plura testimonia legi possunt apud Ulric fol pg 341. et apud Trint, et in epistolis Abbatis Taverne. –

6. Hereticis adnumerant eos, qui Xti carnem in Eucharistia negant, quod facit s. Ignatius in epla ad Smyrnenses: „Eucharistiam et oblationes non admittunt, qd non confitent, Eucharistiam ee carnem Salvatoris dei Jesu Xti, quae pro peccatis nostris passa e, quam pater sua benignitate resuscitavit."

7. Crimen antropophagiae a Xtianis amoliri volunt, qd Xtianis ex multa vetustate conjungi potuisset, nisi rumore sparsum fuisset, humanas illos edere carnes, qd nonnisi ex male intellecta Eucharistia Sacramento explicat; ex altera am parte, si sensus Calvinor oblimuisset, facillimo modo respondisset, qd comedimus nos, figura tum corporis Salvatoris nostri e. Sic am n fecerunt, ut videre e apud Justinum in Apol. II. Tertull. in Apologetico. Denig

8. Argumentum petitum ex disciplina arcani, seu ex more primae Eccliae, quo abusibus facile patebant, vulgo hnum n Xtianor absconendi. Ad eam, et Eucharistiae, quod historia ecca testatur, pertinebat, n am persuasum habuerint, cur id fecerint, si symbolum tum Xti illis fuisset, facile vo intelligitur, id valde bene illos fecisse, si Xtum credidissent praesentem, qui profanari a Neoxtianis facile poterat. Sic multiplici ratione constat, eccam catholicam realem Xti in Eucharistia praesentiam fuisse tamqm dogma divinum professuisse. — His accedit argumentum praescriptionis ex historia petitum, quo demonstrat, doctrinam catholicam priorem, et grm doctrinam Xti et Apstor fuisse – doctrinam vo Calvinor novam ee Jesuitae lineamenta. Dato horrore novitatis in rebus religiosis lecta historia – transitus fit a difficiliori ad facilius. – Neg sae. S. Paschasius Radbertus 1us fuit, qui hanc invenit doctrinam, nemo em ei contradixit, et contra Berengarium seculo surrexerunt. Neg schisma hanc temporis jam existens, utpote Photio Ecclam turbante, haec de re tacuisset, imo Graeci notissimum eandem fidem profitentur, qd demonstrat commercium Wittenbergensium cum Patriarcha Jeremia, qui novatoribus anathema dixit. —

Adjuncta. Probatur ex figuris.

